



96. 126.

JO. GOTHOFR. LAKEMACHERI,  
PHIOL. GR. IN ACAD. JVL. P. P. O.

# OBSERVATIONES PHILOLOGICÆ,

*QVIBVS*  
VARIA ANTIQVITATIS  
HEBRAICÆ ATQVE GRÆCÆ  
CAPITA,  
ET NONNVLLA S. CODICIS LOCA  
NOVA LVCE COLVSTRANTVR.



---

HELMSTADII,  
Impensis CHRIST. FRIED. WEYGANDI.  
MDCCXXV.

Ob. 126.

72

O. GÖTTLICHER LÄRME MÄDCHEN  
HEIL DER CHRISTIANE MITTEN

SONG AVANTAGE  
SINGEN

ZUR STADT  
SINGEN

SINGEN  
SINGEN

KENPR FR  
UNIVERS.  
ZV HALLE

VIRIS  
ILLVSTRISSIMIS  
ATQVE EXCELLENTISSIMIS  
DOMINIS  
ANDREÆ GOTTLIEB  
LIB. BARONI  
DE BERNSTORF,  
AVGVSTISS. M. BRITANNIÆ REGIS  
IN TERRIS GERMANICIS  
PRIMO STATVS ADMINISTRO,  
DYNASTÆ IN GARTOW, WEDENDORF  
ET RELIQUA:  
*ET*  
VRBANO DIETERICO  
DE LVEDEKE,  
SERENISS. DVCIS BRVNSVIC.  
ET LVNEBURGENS.  
PRIMO MINISTRO,  
CANCELLARIO ET CONSISTORII  
DIRECTORI,  
DYNASTÆ IN NIEDERNSIKTE,  
DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS,  
FELICITATEM PERPETVAM  
PRECATVR  
JO.GOTTFR.LAKEMACHER.



de HERNIS ORT  
ACADEMIE M. HILIANNE REGIS  
IN TERRIS GERMANICIS  
URIMO STATES ADMINISTRAT  
DIVERSAE IN GARTA WEDZENDORF  
TE LEILOA:

ARANIO DITHRICO

DE HERNIS

SERVITUS DACTI SPANIAE

DE HERNIS

**A**Mplexanda tandem  
fuit, ILLVSTRISSIMI Do-  
MINI, cum se se obtu-  
lisset, diu multumque exo-  
ptata mihi occasio, qua ani-  
mum summæ venerationis  
plenum

DEDICATIO:

plenum, beneficiorumque  
non immemorem publice  
VOBIS possem testificari. Me-  
um id flagitavit officium,  
postquam Vestris consiliis,  
Vestraque auctoritate effe-  
cistis, ut SERENISSIMI Aca-  
demiae Juliæ NvTRICII eam,  
quam nunc administro, do-  
cendi provinciam clemen-  
tissime mihi tradiderint.  
Quod summum beneficium  
Vestrum nisi devotissima  
mente gratus prædicarem,  
omnium merito haberi pos-  
sem ingratissimus. Equi-  
dem id audere nunc nolo,  
ut laudes Vestras, immorta-  
litati dudum consecratas,

(3) com-

DEDICATIO.

commemorem. Tantum enim quotidie præclarissimis meritis Vestris, quæ in rem litterariam juxta atque publicam pridem extant, omnesque in admirationem rapiunt, additis cumulum, ut meo illa præconio multo majora esse facile intelligam. Non possum tamen, quin illam propriam laudem Vestram vel leviter attingam, quam ex eo acquisivisti, quod, raro virorum in tanto fastigio constitutorum, atque tot gravissimis negotiis obsessorum exemplo, non ea tantum litterarum studia, quæ ad salutem rei publi-

DEDICATIO.

publicæ promovendam at-  
que conservandam proxime  
faciunt, amplectimini; sed  
illas etiam litterulas, quibus  
ab humanitate inditum no-  
men est, & quæcunque af-  
finitatem cum his quandam  
habent, ornatum quippe af-  
ferentes, magna cura fovetis  
atque tuemini. Quod ipsum  
magis etiam me impulit, ut  
hoc qualemque opuscu-  
lum meum, tanquam studi-  
orum illorum fructum ali-  
quem, ILLVSTRISSIMIS No-  
MINIBVS VESTRIS consecra-  
rem, spe fretus fore, ut se-  
reno vultu illud excipere  
atque per Clementer respi-


) 4

cere

DEDICATIO.

cere ne dedignemini. Quod  
supereft, demiffe Vos oro,  
MÆCENATES BENIGNISSIMI,  
ut divinitus in VOBIS coñot-  
tam voluntatem erga optimi-  
marum artium disciplina-  
rumque studia conservare,  
meque, cultorem eorum cu-  
pidum, celio VESTRO patro-  
cinio coñendatum habere  
velitis. Deus ter Optimus  
Vos quam diutissime salvos  
præstet atque incolumes,  
faxitque, ut sub exoptatissi-  
mo præsidio VESTRO respu-  
blica pariter ac litteraria am-  
plissima indies capiat incre-  
menta. HelmstadI, D. xxv.  
Sept. A. MDCCXXV.

PRÆ-



## PRÆFATIO.

**E**T si in eo litterarum generе, quod opera hac qualicunque mea illustrare institui, plurimi, idemque eruditissimi viri, non minori cum gloria sua quam aliorum fructu, pridem elaborarunt; tale tamen relictum ab illis est spicilegium, ut dubitem, an ipsa illud messe, quam fecerunt, amplius sit. Tantæ enim ac tam im-

PRÆFATIO.

mensæ antiquitatis sacrarum-  
que litterarum opes sunt, ut,  
si vel plurium seculorum  
decurso præstantissima mul-  
torum ingenia in iis colligen-  
dis conspirent, semper tamen  
thesaurus aliquis superfatu-  
rus videatur. Quod cum in-  
telligerem, non modo avidi-  
dus ad ea studia incumbere  
cœpi, sed cogitationes et-  
iam, quæ circa partes illo-  
rum aliquas, ab aliis vel ne-  
glectas prorsus, vel novam  
certe operam flagitantes, sub-  
natæ mihi essent, in publi-  
cum proferre statui, non ut

glo-

PRÆFATIO.

gloriolam quandam captarem, sed ut ostenderem, nec mihi conatum deesse conferendi aliquid ad majorem antiquitatis, cuius notitia accurata tam nobis utilis videri debet atque necessaria, quam jucunda illa est, scriptorumque divinorum lucem. Hoc igitur consilium qualiter mihi successerit, ex eo, quod nunc exhibeo, specimine intelligentes harum rerum existimatores velim judicent. Quibus si studium meum non improbari intellexero, alteram mox dabo  
eius-

PRÆFATIO.

*eiusdem generis observatio-  
num heptada, ac postea quo-  
que in eo stadio decurrere  
pergam, quantum per oc-  
cupationes academicas labo-  
remque illum, quem concin-  
nando antiquitatum sacra-  
rum gentis Græcæ super-  
stitione systemati, (in quo  
opinionum rituumque origi-  
nes atque rationes, quan-  
tum ejus fieri poterit, expo-  
nere animus est) nunc im-  
pendo, licebit.*

OBSER-



## OBSERVATIONUM CONSPECTUS.

### I.

#### DE TEMPORE, QUO PRIMUM ORTA SIT SECTA PHARISAICA.

*Tempus originis sectæ Pharis. obscurum adhuc visum viris eruditis §. 1. Indicatum tamen illud a Josepho esse affirmatur, hujusque verba afferuntur. §. 2. Argumentum rei primum §. 3. secundum §. 4. tertium §. 5. quartum §. 6. quintum §. 7. & 8. Sensus verborum Josephi exprimitur §. 9. Basnagius excitatur notaturque §. 10. Sadducei & Esseni quo tempore orti eadem opera ostensum. Objectioni occurritur §. 11. & 12.*

### II.

#### DE RITIBUS QUIBUS DAM BAC- CHICIS, A GRÆCIS AD JUDÆOS RECENTIORES DERIVATIS.

*Plutarchi locus exhibetur & de eo judicium §. 1. Quinque festi tabernaculorum ritus, a Græcis mutuo sumti*

sumti §. 2. (1) nocturna solennitas in atrio feminarum §. 3. cui similem Graci quoque in Bacchanalibus egerunt §. 4. 5. 6. 7. 8. 9. (2) ניסוך חמי f. libatio aquæ §. 10. Cui usitata in Bacchanalibus amphorarum aqua plenarum gestatio originem dedit §. 11. (3) Gestatio & concusso fasciculi ramorum (*Lulaf*) §. 12. Græcis in Bacchanal. itidem consueta §. 13. & 14. (4) tibiae in templo usus §. 15. Græcis etiam in Bacchanal. frequens §. 16. (5) Comeßationes, & ratio vivendi laxior §. 17. a Græcis quoque Bacchanalia celebrantibus exercita §. 19. 20. 21. Quæsita illis auctoritas §. 22.

## III.

### DE RITU JUDAICO CORNU A VICTIMÆ INAURANDI EANDEM- QUE CORONANDI.

Talmudicorum de illo ritu testimonium §. 1. Græci quoque hostiarum cornua inaurarunt §. 2. Quare id fecerint §. 3. Idem fertis etiam victimarum capita ornarunt §. 4. Consuetudinis ratio §. 5. A Græcis ritum Judæi acceperunt. Qua occasione id contigerit, §. 6.

## IV.

### DE JACOBO, ESAVI FACIEM, UT DEI FACIEM, VIDENTE.

In verborum Jacobi interpretibus dñō defiderantur §. 1. usus illis Jacobus, tanquam arguento, ad

ad id quod petebat impetrandum §. 2. Deum videre quo sensu gentiles dixerint §. 3. & 4. quoniam Hebrei §. 5. Dei faciem videre & munera offerre quomodo cohærent §. 6. Sensus verborum Jacobi si אלוהים Deum interpreteris §. 7. Interpretationes alia refelluntur §. 8. Quis sensus sit, si vocem אלוהים virum vertas principem §. 9. Argumenti vis, וּוֹרֶצֶן quid sit §. 10. Quid בְּרַכָּת §. 11.

## V.

DE PALO CARNI PAULI  
D A T O.

Cohærentia verborum cum antecedentibus. Reſpicitur iis ad flagellationis ritum §. 1. Qui exponitur §. 2. & 3. σκόλοψ palus est, ad quem alligati flagellandi §. 4. Quo sensu carni ille dicatur datus §. 5. Angeli voce ad צְבָר vel שְׁלִיחֵי בֵּית רַּיִן alluditur §. 6. Satan quis vocetur §. 7. κολαφίσιν flagellandi actum exprimit §. 8. Orationis Paulina sententia declaratur. §. 9. 10. 11. 12.

## VI.

DE PORTA TEMPLI οΡΑΙΑ  
S. AMOENA.

Opiniones de θύη ωραίᾳ variae §. 1. Tractationis nostrae partes duas §. 2. θύη ωραίᾳ in a-

rio

trio fuit gentium §. 3. & in latere quidem hu-  
jus orientali, adeoque eadem, quæ Susan a Ju-  
dæis appellata fuit §. 4. Quomodo portæ huic  
ωρίας appellatio conveniat §. 5. Consuetudo scri-  
ptorum N. T. convertendi nomina Hebr. propria  
in Græca appellativa. §. 6.

VII.

DE JUDÆORUM PONTIFICE  
KAΘ' ἩΜΕΡΑΝ SACRIFICANTE.

Variae interpretum de verbis istis recensentur sen-  
tentiae §. 1. Nostra proponitur, qua καὶ οὐ μέρεαν  
idem esse existimatur, ac Judaicum בָּיִת מִזְבֵּחַ §. 2.



DE LOGIA

2. ANTHONY

OBSER-



## OBSERVATIO I.

### DE TEMPORE, QVO PRIMVM ORTA SIT SECTA PHA- RISAICA.

#### §. I.

**S**icut Pharisaeicæ, quæ supra quam credibile est auctoritate olim in gente Judaica valuit, origo prima tam obscura adhuc visa fuit iis, qui hæresin hanc illustrandam sumserunt, nihil ut de illa certi affirmari posse sibi persuaserint. Constat sane hoc exemplis virorum doctissimorum, JOH. HENR. HOTTINGERI, (a) AVG. PFEIFFERI, (b)

A JOH.

(a) In *thesauro philol.*, lib. I, c. I, sect. 5. ubi sic loquitur: *Pharisaorum origo nobis obscura est, nisi cum Scaligerio dersivemus a Hasidais.*

(b) In *exercitac.* de *tribaresio Jud.* sect. I, assert. 2, thesi I. *Origo Pharisaorum satis obscura est, in diversum ab-*

*gena*

2 Obs. I. De Tempore quo primum orta sit

JOH. FRANC. BUDDEI, (c) JAC. BASNAGII, (d) & JOH. CLERICI, (e) quorum verba in ima pagina exhibemus. Et si enim in hoc auctores multi consentiunt, ante Maccabæorum tempora Pharisaorum sectam flore-re non cœpisse: & nonnulli quoque Jos. SCALIGERI conjecturam, qua Pharisei *A-sidæorum* (f) censentur propago, approbant, nemo tamen, quod equidem sciām, illam tempestatem, qua initia sua eadem secta ha-buit, accuratius definire ausus est. Ac me-tuendum sane est, non defore, qui nimia confiden-tiæ criminē nos condemnent, si, quod viros latuit sagacissimos, nobis animadversum esse profiteamur. Sed hi fere illi erunt, qui eorum, quorum præ cæteris illustre in repu-blica litteraria nomen est, perspicaciam & di-ligen-

euntibus auctoribus. Et th. 2. Quo tempore hac secta cœperit definire non licet. Certum est eam ab excessu prophetarum ortam esse. Addit th. 3. Quando autem post prophetarum tempora Pharisei orti fuerint, ut dictum, est μέγας Λαός ἀντηρεται.

(c) In *Introd. ad Histor. Philos. Ebr. §. 19.* Pharisaorum origo incerta.

(d) In *hist. des Juifs* Tom. I. liv. II. ch. X. On ne connoît point l'origine des Pharisiens, ni le temps, auquel ils ont commencé de paroître.

(e) In *prolegom. hist. eccles. c. II. §. 2.* Ngn satis constat, quo tempore orti sint Pharisei.

(f) Hominum religiosorum, qui, conflato bello Syriaco, pro religione Judaica accerrime depugnarunt. Vjd. I. Maccab. II. 42.

ligentiam nihil posse effugere persuasum habent: qua tamen in re experientiae contraria illis credi manifestum est. Non obstat autem igitur horum iudicia, quo minus *secta Pharisaica originem*, sive *tempus*, quo *orta primum ea fuerit*, cognosci utique posse affirmemus, si quidem is *JOSEPHI* locus, quem statim affermamus, penitus inspiciatur curatiusque expendatur.

## §. II.

Ita nimirum memoriae prodiit laudatus scriptor: (g) *Kata dē tōn chēōnōn tētōn tētēs cīsē-*  
*σεis tān Iēsaiāw n̄σav, ēi pēsī tān cīdēwptēnaw*  
*pēagymatōn dīaφōw̄s ūpeλām̄θanōn, ḥn n̄ mēn φaz-*  
*giσaiāw ēlīyēto, n̄ dē Sāddēnaiāw, n̄ tētēn dē Eō-*  
*stēnān, quaē hunc in modum transtulit S̄i-*  
*GISM. GELENIVS: Hoc tempore (loquitur*  
de ætate illa, qua Jonathas, Maccabæi cognomen adeptus, ut princeps & pontifex maximus Judæorum rebus præfuit) *tres Iudaorum*  
*secta erant, quaē de rebus humanis inter se dis-*  
*sentiebant, una PHARISÆORVM diēta, altera*  
*SADDUCEORVM, tertia ESENORVM. Quo*  
quidem in loco qui pro *n̄σav* reponeret *āvēsη-*  
*σav surrexerunt, ortæ sunt, nihil eum commit-*  
tere putarem, quod reprehensione dignum  
sit, cum, ut deinceps patebit, hæc lectio sco-  
po Josephi sit convenientior, ac generatim

A 2

præ-

(g) *Antiquit. Jud.* l. XIII. c. 9.

#### 4 Obs. I. De Tempore quo primum orta sit

præterea constet, illos Josephi codices, quibus adhuc vulgo utimur, emendationes postulare fere innumeræ: id quod speciminibus plurimis haud infeliciter ostendit LAMBERT. Bos.  
(h) Facilis autem hic erat lapsus, ut pro ἀνέστας, omissis syllabis duabus prioribus, a librario oscitantiori scriberetur ήστω. Vtitur sane divus Lucas verbo ἀνέστη bis in argumento plane simili. (i) Sed ne quid temere & præter codicem manuscriptorum fidem emendare videamur, concedemus, ipsum Josephum scripsisse: κατὰ δὲ τὸν χρόνον τὸν τρίτον αἰώνεις ἡσάνθαται ήστω; apparebit tamen nihil secius, sermonem Josepho hic esse de primo sectarum Judaicarum, atque adeo Pharisaicæ quoque, ortu. Tota res eo redibit, ut investigemus, utrum vox ήστω de eo, quod esse pergit, cum ante jam extiterit, an de eo quod existit, sive oritur. Et esse primum incipit, debeat accipi, h.e. utrum phrasis κατὰ τὸν χρόνον τρίτον ήστω vertenda sit: Circa hoc tempus erant, an circa hoc tempus existebant, oriebantur. Posterius ut credam, his adducor rationibus.

#### §. III. Pri-

(h) In *Animadversionibus ad scriprores quosdam Graecos* cap. XXI—XXVIII. Magna etiam spes est, celeb. HÄVERCAMPIVM, in nova, quæ apud Batavos nunc paratur, Josephi editione ingentem mendorum copiam sublaturum.

(i) Act. V, v. 36, 37.

§. III.

*Primo credibile prorsus non est, Josephum, qui cunctas Judæorum res, memoria dignas, singulari plane studio, litteris consignavit, rem adeo memorabilem, qualis sectarum, quæ populum Judaicum universum in tres olim cœtus distinxerunt, origo erat, silentio præterire voluisse: cum plurima ille alia, minus momentosa, in commentarios suos retulerit. Iam locus scriptoris huius nullus erit, quo sectarum Judaicarum indicentur initia, nisi is sit, quem modo adduximus. Aut igitur statuendum erit, esse in illis verbis aliquid, quod originem illarum prodat, aut fatendum, Josephum hanc plane siluisse: quod quomodo cum summa scriptoris diligentia, quam in recentiori præsertim gentis suæ historia enarranda idem adhibuit, conciliari possit neutiquam appareat. Prius vero si admittas, sponte consequitur, esse vocem οὐσιῶν per existabant, nascebantur exponendam. Non ignoramus quidem postulandum non esse ab historicis, ut res omnino omnes posteritatis memoriae commendent, jure tamen quodam ab iisdem exigimus, ut originem illarum rerum ne reticeant, quæ momenti sunt maximi, magnamque conversionem in illam rem publicam, cuius historiam perscribere instituerunt, induxisse deprehenduntur, maxime si origo ista in ea tempora, quorum*

A 3                    memo-

## 6 Obs.I. De Tempore quo primum orta fu

memorabilia tradunt, incidat, eaque significatio neque ipfis, neque aliis, quidquam creare possit periculi. Talis vero cum res illa sit, de qua in præsenti quæstio habetur, ejus reticentia a Josepho, qui leges bono historico observandas negligere non solet, minime erit exspectanda.

### §. IV.

*Secundo*, interpretationem eandem totius narrationis Josephi requirit series, quæ quidem hæc est: Postquam Jonathas Maccabæus ex prælio cum copiis Demetrianis commissio viator discesserat, Hierosolymam reversus, cum omnia sibi ex sententia cedere videret, misit Romam legatos de renovanda amicitia, quibus mandata dedit, ut in reditu Lacedæmonios quoque inviserent, eosque cognationis admonerent atque fœderis. Quibus mandatis ut satisficeret, legati, impetratis Romæ quæ volebant omnibus, in patriam revertentes ad Lacedæmonios quoque pervenerunt: quibus ubi Jonathæ pontificis litteras, quarum exemplum Josephus exhibet, obtulissent, accepto decreto Lacedæmoniorum publico de amicitia atque societate, dimisi sunt. His ita narratis, statim subdit Josephus: *Hoc tempore tres Judæorum sectæ erant*, ut vertit Gelenius. De quarum sectarum placitis ubi breviter edisseruit scriptor, ad negocia Jonathæ bellica

Iica redit, successumque expeditionis, adversus Demetrium ab eodem suscepτæ, exponit. Ex quo sane contextu evidenter, puto, apparet, alienissimam ab eo loco fuisse sectarum Judaicarum commemorationem, nisi earundem ortum, qui ad illud tempus pertineat, indicare voluisset Josephus. Neque vero quisquam, qui Josephum novit, persuadere sibi facile poterit, eum res, quibus nihil invicem commune est, miscere voluisse, nisi temporis, quo acciderunt aut exortæ fuerunt, series ita postulasset.

§. V.

Tertio, istum sensum si rejicias, ratio perspici poterit nulla, quare Jonathæ potissimum ætate tres in Judæorum gente sectas fuisse dicere Josephus voluerit, maxime cum occasio, quæ id requireret, esset nulla. Neque enim isto solum seculo, sed inde ad extrema usque reipubl. Jud. tempora floruit hæresis illa tripartita. Non igitur erat, cur circa hoc in primis tempus tres Judæorum sectas fuisse Josephus scriberet. Est nimurum hæcloquendi ratio ita comparata, ut tempora alia excludere videatur. Longe igitur aliud quid Josephus sibi proposuisse putandus est, quando inter res, quæ Jonathæ tempore acciderint, illud quoque sectarum ponit dissidium, quam nudam hujus recensionem. Consilium vero

8 Obs.I. De Tempore quo primum orta sit

aptius nullum ei tribuas, quam originis hæresium commemorationem.

§. VI.

*Quarto ex eo, quod in historia superiori neque Pharisaorum, neque Sadducæorum, neque Essenorū mentionem Josephus fecerat ullam, suspicari etiam fas est, sectarum ante Jonathæ tempora discrimen in gente Judaica fuisse nullum. Si fuisset, sine dubio indicasset Josephus, cum occasio passim ei se se obtulerit aptissima, ubi de rebus ad religionem Judæorum pertinentibus differuit. Quod si vero ante Jonatham sectæ illæ repertæ non sunt, palam est illas hujus ætate fuisse exortas. Nam tunc quidem eas fuisse, ex allato supra Josephi testimonio liquet.*

§. VII.

Atque his forte rationibus ad assensum nobis præbendum movebuntur, qui norunt, quo argumentorum genere in probandis rebus historicis utendum sit. Sed cum futuros putemus, qui illis non contenti exempla requirant locorum, ubi verbum *eivai existendi, nascendi & oriendi* adhibeatur significatu, his quoque satisfacere constituimus. Possemus quidem, ut laborem hunc declinaremus, cogitandum illis proponere, *notionem vocibus convenientem non ex frequentiori semper usu, sed ex*

*ex auctoris scopo, orationis contextu rebusque circumstantibus aliis sex numero esse metiendum: quæ singula si hunc istumve significatum requirant, non est, cur morose eum voci denegemus, licet forte insolitus videatur. Possemus quoque huc aptare canonem illum Glassianum: (k) Verbum, quod actum comple- tum significat, accipiendum quandoque est inchoative: quem canonem idem GLASSIUS exemplo illustrat, ex Matth. II, 7. petito, ubi χρόνος τῆς Φανούρειας ἀσέρος tempus stellæ apparentis, tempus denotet stellæ apparere incipientis. Quippe secundum istud interpretandi præceptum, (quod nihil causæ est, cur minus in profanis, quam in sacris scriptoribus explicandis valere debeat) dici posset, εἶπεν in allato Josephi loco inchoative esse accipiendum, idemque significare ac esse incipere. Sed ut huc quidem confugiamus non opus esse arbitramur, cum exempla, quæ forte exposcentur, minime defint.*

## S. VIII.

Itaque quinto ad sententiam nostram roborandam hoc etiam facit, quod ab eo verbi εἶπεν usu, quo latinorum existere oriri vel fieri illud exprimit, scriptores quoque alii minime abhorruerunt. Facile foret, si instituti brevitas permitteret, exempla multa in hanc cau- sam cumulare; sufficient vero fortassis aliqua.

A 5

Pri-

(k) In philolog. sacra lib. III. Tract. 3. propositum.

10 Ohſ.I.De Tempore quo primum ortaſit

Primum deponemus ex græcis V. T. interpretibus, qui 2. Sam. VII. 12. verba hebraica: **שְׁרֵצָן מִכְעָד** qui prodibit ex visceribus tuis, reddiderunt: ὃς ΕΣΤΑΙ ἐν τῆς καὶ λίας σὺ qui erit, h. e. qui EXISTET, ORIETVR, NASCE- TVR ex ventre tuo. Eodem verbo subinde usi sunt interpres memorati ad exprimen- dum hebr. **נִשְׁלַׁח fieri**. Porro referri huc po- test A&t. XII. 18. ubi, cum Petrum frustra in carcere quæſivissent milites, non mediocriter hanc rem illos perculisse Lucas indicat his ver- bis: γενομένης δὲ ἡμέρας, ἦν τάραχος ἐπὶ ὅλῳ γος ἐν τοῖς στρατιώταις. Cum dies illuxisset, turbatio ERAT (ſive, ut aptius verti potest, EXISTE- BAT, ORIEBATVR) non exigua inter milites. Apud HERODIANVM (1) Plautianus Sa- turnino πρόκειται δέ σοι, ait, ἀρεστός, οὐ τὰ ΕΙΝΑΙ ὑπερ ἐμὲ νῦν ἔρας ὅτα οὐ τεθύνων αὐτίνα. Quæ reēte Angelus Politianus ſic convertit; Datur tibi optio, velisne ille ipſe EVADERE, quem me nunc eſſe cernis, an perire ſlatim. Eadem scriptori- ri (m) οὐδα πάτις καὶ ταραχὴ ſeditio eſt & tu- multus nuper ORTVS. Accedit quod SVIDAS (n) æque, ac au&tor etymologici magni (o) ver- bum εἴναι per ὑπάρχειν exponant, quod non eſſe modo ſed & exiſtere ſignificat. Nomen, ori- ginem inde ducens, ὑπάρχη, initium, principium &

(1) Lib. III. c. II.

(m) Lib. VII. c. II.

(n) In Lexico Tom. II. p. 26. edit. Küster.

(o) pag. 300.

& ortum denotare, res est omnium Lexicographorum scriptis testatissima. Pari modo scriptores etiam latini, minime contemnendi, esse suo pro oriri nonnunquam utuntur. Sic v.c. SVLP. SEVERVS (p) Non multo post, inquit, intervallo, tertia persecutio per Trajanum FUIT (orta est) Paulo post (q) idem clarius: DIOCLETIANO & MAXIMILIANO imperantibus, acerbissima persecutio EXORTA. Affini sensu TERENTIVS & HORATIVS est, pro contingit & fit, fieri potest adhibuerunt. Ille in Hecyra (r): Sæpe est, (contingit, evenit) quibus in rebus alius ne iratus quidem est. Hic in epistolis (s): Non est (fieri non potest) ut copia major ab Iove donari possit tibi.

## §. IX.

Quare sensum verborum Josephi sic licet exprimere: Dum hæc geruntur, Jonatha, pontifice & principe prudentissimo, rempublicant Iudaeorum firmante ejusque fortunam amplificante, SECTAE in eadem gente EXORIUNTUR TRES, una PHARISÆORVM, Sadduceorum altera, tertia Essenorum, quæ de rebus humanis opiniones foverunt diversas. Erit igitur sectæ Pharisaica origo ad Jonathæ Maccabæi ætatem, & ad annum circiter ante Christum natum 144. si VSSERII computationem (t) sequat-

(p) Hist. sacre l. II. c. 31.

(q) c. 32.

(r) Act. III. scena I. v. 28.

(s) Lib. I. epist. 12.

(t) In annal. Vet. &amp; Nov. Test. p. 361.

12 Obs.I. De Tempore quo primum orta sit

sequamur, reficienda. Dissidio autem isti  
ansam sine dubio præbuit philosophiæ græ-  
canicæ studium, ad quod circa tempus illud  
incumbere Judæi cooperunt, occasione fre-  
quentissimi cum Græcis commercii (u) Præ-  
cipua namque sectarum Judaicarum placita e  
Græcorum derivata esse philosophia, demon-  
stratu est facillimum.

§. X.

Subsoluit aliquid hujus Pharisaicæ sectæ  
originis, a Josepho indicatæ, JACOBO BAS-  
NAGIO, qui loco supra citato, quamvis du-  
bitanter, pronunciat: *Joseph, qui devoit mi-  
eux connoître une secte, dont il étoit membre & par-  
tisan assez zélé, semble en fixer l' origine sous Jo-  
nathan, l'un des Maccabées, environ cent trente  
ans avant JESVS CHRIST.* Nescio tamen  
quomodo suspicari potuerit Basnagijs, Hille-  
lis & Schammæi dissensionem Pharisaismum  
peperisse, cum omnium accuratorum chrono-  
logorum testimonii hoc sit comprobatum, par  
illud Doctorum Judaicorum celeberrimum  
diu post Jonathæ tempora, nec adeo multis  
ante Christum natum annis, claruisse. Ne-  
que eos quidem magnopere falli arbitror, qui  
Hillelem & Schammæum sub *Pollionis & Sa-*  
*mæa* nomine Josepho celebrari existimant.

Quod

(u) Lege sis de isto commercio antiquitatum Josephi li-  
brum XII. & XIII.

Quod si verum est, uterque æqualis fuit Herodi magno, sub quo Christus natus est.

S. XI.

Tandem illud quoque monendum, eadem nos opera, qua tempus ortus sectæ Pharisæicæ declaravimus, Sadducæ quoque & Esenæ originem, non minus obscuram plerisque creditam, ostendisse. Nimirum ad has etiam pertinet, quod Josephus ait: *κατὰ δὲ τὸν χρόνον τέτον οὐσίαν*, Circa tertius hoc orta sunt. Nihil enim moramur vulgarem illam Iudaorum narrationem, qua Zadokus, Antigoni Sochæi, doctoris ante C. N. seculis clari, discipulus, Sadducæismi conditor fuisse fertur: quam traditionem suscepitam jam habuit, & haut obscure figmentis annumeravit Talmudicis HUMPHREY PRIDEAVX, Anglus celeberrimus. (x) De Eessenis quidem tum ex JOSEPHO tum e PLINIO disputari contra hanc sententiam posse intelligo; facilis autem erit responsio. Nam quod ad Plinium attinet, is quidem Eessenorum gentem per seculorum millia æternam prædicat. (y) Sed loquitur Plinius de duratione vel præterita, vel futura; utrumque enim sensum verba ejus ferunt. Si illud est, manifesta fane erit exaggeratio, eaque

(x) In Connexione veteris & novi testam. cum hist. gentium exterarum, p. II. c. V. p. 412. edit. germ.

(y) Hist. natur. l. V. c. 17.

14 Obs.I. De Tempore quo primum orta sit

eaque vel ex ignorantia Plinii profecta, vel ex oratorum more adscita; fin vero hoc, se-  
cure linquamus Plinio opinionem illam, qua Effenorum familiam per seculorum millia ab  
interitu liberam fore credidit.

§. XII.

Nec prætermittendus erit iste Josephi  
locus, (z) in quo sectas Judæorum singulas  
longe antiquissimas idem facere videtur.  
Ιεδαίος Φιλοσοφίαι τρεῖς ἡσάν ΕΚ ΤΟΥ ΠΑΝΤ  
ΑΡΧΑΙΟΥ τῶν πατέρων, ἢτε τῶν Εστηῶν καὶ ἡ  
τῶν Σαδδουκαίων, τέττην δὲ Φιλοσόφῳ οἱ Φαρισαῖοι  
λεγόμενοι. *Judaorum institutis patriis viventium*  
*triplex philosophia fuit, JAM INDE VSQVE A*  
*REMOTIS TEMPORIBVS, Effenorum, Sad-*  
*ducaeorum, & ea, quam Pharisei, qui dicuntur,*  
*professi sunt. Nempe constat, solere Græcos*  
*phrasī ἐν τῷ πάντι αἰχάλε, in qua vox χεόντι*  
*subaudienda est, ad tempora respicere anti-*  
*quissima. Sic THUCYDIDES (a) ἀπὸ τῷ*  
*πάντι*

(z) Anquirit. *Jud.* I, XVIII, c. 2.

(a) *Belli Peloponensi*, lib. II, fol. 32. col. I. edit. gr. Florent.  
quæ cum scholis græcis prodiit a. 1526. Verba hæc  
sunt: Ξυνεβεβήκει δὲ ἀπὸ τῷ πάντι αἰχάλεις ἐτέρων  
μᾶλλον Αθηναίοις τῷτο. *Iste mes* (sc. ἐν τοῖς αἰγαῖς  
dias-

πάντα ἀρχαῖς de eo dicit, cuius origo ad primam perinet antiquitatem. Videri igitur Josephus poterat hac loquendi ratione usus non fuisse, si trihæresii Judaici principium Jonathæ Maccabæi tempora non superare credidisset. Namque hæc inter & scriptio[n]is Josephi tempus, nonnisi duorum circiter seculorum intervallum fuit. Tenendum vero est, phrasí hac non ea semper tempora, quæ multis seculis sint priora, sed longe recentiora quandoque innui. Est non absimilis locutio, qua Jacobus utitur apostolus apud L U C A M (b') cum Μωσῆς γέρε, ait, ΕΚ ΓΕΝΕΩΝ ΑΡΧΑΙΩΝ πατέρα πόλιν της ιηδύσσοντας αὐτὸν ἔχει, ἐν ταῖς συναγωγαῖς πατέρα πάν σαββατον σιναγγινωσκόμενος, Habet Moses AB ΣΤΑΤΙΒVS ANTIQVIS, qui oppidatim eum prædicent in synagogis, ubi singulis sabbathis legitur. Vbi sane ἐν γενεῶν ἀρχαῖων non ad antiquiora, quam Maccabæorum referri debet tempora, ut pote quibus synagogas in gente Judaica primum constitutas, & prælectionem legis Moiaicæ fol-

len-

---

diuītād̄as, vitam agend rusticam) a prisca inde temporibus magis apud Athenienses, quam alios invaserat. Repetit autem Thucydides, ut ex sequentibus apparet, eam a Cecropis, primi Atheniensium regis, quem Mosi æqualem nonnulli censent, temporibus,

(b) Act. XV, 21.

16 Obs. I. De Temp. quo prim. orta sit se<sup>c</sup>t. phar.

Iennem, quovis sabbatho suscipiendam, institutam fuisse pridem monuere philologi sagaciiores. Quid? quod non longe ante (c) Petrus testatur, *designatum se a Deo fuisse a<sup>c</sup>Q<sup>r</sup>ημερῶν a<sup>c</sup>χάιων, AB ANTIQVIS DIEBUS, qui evangelium gentilibus nunciaret.* Atqui nemini opinor obscurum erit, Petrum in animo habuisse tempus illud, quo Cornelio centurioni, homini ethnico, doctrinam christianam exponere jussus fuerat: (d) a quo tempore ad habitum tunc apostolorum concilium pauci admodum effluxerant anni. Potuit igitur Josephus quoque se<sup>c</sup>tas Judaeorum, & in his Pharisaicam, *ἐν ταῖς παντὶς αἰχάλεις* fuisse dicere, licet eadem ducentis annis haud multo essent vetustiores.

(c) eodem cap. v. 7. V. Pauli Colomesii *Observationes sacras, in operibus Hamburgi editis p. 623.*

(d) Act. X.



OBSER-

OBSERVATIO II. (e)

DE

RITIBVS QVIBVSDAM  
BACCHICIS,  
A GRÆCIS AD JVDÆOS RECENTIORES  
(f) DERIVATIS,  
ET AB HIS TABERNACVLORVM FESTO  
VSVRPATIS.

ANTIQUITATVM GRÆCARVM  
CVLTORIBVS SOLERTIBVS

S. P.

§. I.

Dicitur Estinaveram quidem animo, scriptione  
hac, qua ad recitationes meas publi-  
cas invitandi eratis, exemplis aliquot  
singularibus uberiorius illud declarare, quod  
oratione mea auspicali expositum nuper a  
me fuisse meministis, posse nempe Veteris Te-  
stamenti interpretem, e scriptoribus Græcis profa-

B

mis,

(e) Hanc observationem anno jam tum superiori per mo-  
dum programmatis, publicè antiquitatum Græcarum  
expositioni præmissi, publicavimus; nunc vero & e-  
mendatiorem & auctiorem recudi curavimus.

(f) Per hos Judæorum eos intelligimus, qui iub imperio  
Græco, per orientem constituto, ætatem egerunt.

18 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

nis, utilitatem capere admirabilem. Præbuit autem mutandi consilii occasionem tabernaculorum solennitas, nuper admodum Judæis celebrata. Huic enim cum in vico quodam vicino cum amicis aliquot, spectandi causa, interessem, nonnullasque synagogæ cæremoniarias paulo curiosius considerarem, recordari contigit illius PLVTARCHI loci, quo solennia illa Judaica cum Bacchi sacris congruere, imo Baccho nuncupata esse, non habitanter affirmavit scriptor omnium, quotquot e Græcis superstites nobis sunt, facile princeps. Sic enim ille prescripsit (g): Τῆς μεγίστης καὶ τελειοτάτης ἑορτῆς παρὰ αὐτοῖς ὁ καιρός ἐστιν καὶ ὁ τρύπω Διονύσῳ προσηκών. Τὴν γὰρ λεγουμένην υπέστιαν ἀκμαζούση τερψυχτῷ τραπέζας τε προτίθενται παντοδαπῆς ὄστρας, ὑπὸ σκηνῶν τε καθιστῶν, εἰς κλημάτων μάλιστα καὶ πιττᾶ διαπεπλεγμέναις, καὶ τὴν προτερέων τῆς ἑορτῆς σκηνὴν ὄνομαζοντι. Ολίγας δὲ ὑπερον ἡμέρας ἄλλην ἑορτὴν γη ἀν δι αὐτογμάτων, ἀλλὰ ἀντικρυς Βακχος καλεμένην τελοῦσιν. Εἴτι δὲ καὶ κρατήροφορία τις ἑορτὴ καὶ θυρσοφορία παρὰ αὐτοῖς, ἐν ᾧ θυρστὰς ἔχοντες εἰς τὸ ιερὸν εἰσίσισιν. εἰσελθόντες δὲ ὅ, τι δέωσιν γη ἴσμεν. ἐκούς δὲ Βακχείαν εἶναι τὰ ποιεμένα· καὶ γὰρ σάλπιγξι μικραῖς, ὥσπερ ἀργεῖοι τοῖς Διονυσίοις, ἀνακαλύμβενοι τὸν Θεὸν χρωνται· καὶ κιθαρίζοντες ἑτεροι προστάσιν, βούς αὐτοὶ λευτίτας προσονομαζοντι, εἴτε παιδὶ τὸν Δύσιον, εἴτε μᾶλλον παρὰ τὸν

(g) *Symposiacon lib. IV. T. Opp. II. p. 671.*

τὸν ἔνιον τῆς ἐπικλήσεως γεγενημένης. Quae sic latine reddidit Xylander: Maximaē & perfe-  
ctissimae (h) Iudæorum solennitatis & tempus (i)  
& modus cum Bacchi sacris congruit. Quod enim  
ipſi vocant jejunium, (k) id sic celebrant, ut ma-  
xime fervente vindemia proponant mensas, in qui-  
bus expositæ sint omnis generis fruges: & sub ta-  
bernaculis desident, potissimum e palmitibus & he-  
dera

B 2

(h) Sic alibi quoque, in *Apophthegm.* p. 284. tabernaculo-  
rum festum τὴν μεγίστην ἑορτὴν, festum Iudæorum  
maximum Plutarchus prædicavit, sicuti Josephum An-  
tiqu. Jud. l. XIII. c. 16. conferenti patebit. Merito qui-  
dem. Quippe reliqua festa omnia pompa illud facile  
superavit: quare etiam καὶ ἔξοχὴν ἡ, festum, a  
Judeis dici meruit.

(i) Erant Bacchanalia vel verna vel autumnalia. Illa  
intra tres annos non nisi semel, trieterica inde di-  
cta, in urbibus; hæc vero, Lenæ ex torcularibus appella-  
ta, quotannis ruri agebantur. Ac ad hæc quidem Plu-  
tarachum hic respexisse, illud indicio est, quod taberna-  
culorum festum in autumni incidebat initium.

(k) Dies designatur expiationis, quo quia omni cibo po-  
tuque sese abstinebant Judei, hinc *jejuniū* nomen ille  
zulit. Conf. Act. XXVII, 9. *Ιουλιανὸν Καθάριον* *jejuni-*  
*um magnum* dixerunt, ut a jejunis aliis, minus religio-  
se servandis, distinguenter. Manifestum vero est, expia-  
tionis festum cum eo, cui a tabernaculis nomen hæsit,  
a Plutarcho hic confundi: quod facile contigit homini  
extraneo, cum ambo festa non nisi quinque dierum in-  
tervallo essent disjuncta. Nam *expiations* anniversariae  
dies decimus mensis Tischori, nostro partim Septembri  
partim Octobri respondentis, sacer erat, tabernaculorum  
vero solennitas ejusdem mensis die decimo quinto in-  
choabatur.

20 Obs.II.De Ritibus quibusdam Bacchicis

dera quæ contextuntur: & diem quæ festum antecedit (l) Tabernaculariam nominant. Paucis vero post diebus aliam festivitatem (m) non obscure, sed omnino aperte Baccho nuncupatam celebrant. Est etiam solenne apud eos festum cra-dephoria a palmitibus gestandis (potius craterophoria, s. crateris gestatio (n), & thrysophoria, ubi thyrsos gestantes in templum intrant: quid intus faciant, ignoro. Credibile est, Bacchi ab iis sacra peragi. Nam & tubis exiguis, sicut Argivi Bacchanalibus, utuntur ad evocationem numinis: & alii progrediuntur citharis ludentes, quos ipsi Levitas appellant, sive a LYSIO (o) sive ab EVIO (p) po-

(l) Vertere etiam possis diem festi primum. Enim vero non hunc modo, sed integrum septiduum festum a tabernaculis appellatum fuisse, dicere debuerat Plutarchus.

(m) Videtur Plut. in animo habuisse diem festi septimum, illum quidem omnium solennissimum, qui & Joh.VII,39. η μεγάλη ἡμέρα τῆς ἑορτῆς dies festi magnus dicitur. Ad hunc diem, ex ipsius Plutarchi mente, referendam censeo craterophoram & thrysophoram, cuius statim injicitur mentio, & ex qua festum facere separatum videri noster possit. Illæ namque ceremoniae, infra copiosius explicandæ, licet singulis festi diebus exercerentur, septimo tamen insigniori cum apparatu peragebantur.

(n) Est enim in Graeco κεατηροφορία, pro quo κεαδηνοφορία Xylander legit, vel ex αβλεψίᾳ quadam, vel quod in codice eius sic esset scriptum. Nullus autem dubito, quin κεατηροφορία ipse Plutarchus posuerit.

(o) Rationem appellationis Plutarchus reddit Sympos. I, VII.

(p) potius (utrumque Bacchi nomen est) ita dictos. Quem locum ubi domum reversus illico inspexisse, vehementer initio indignabar, quod tam parum æquum Judæis fese præbuerit Plutarchus, ut festo a tabernaculis nomen fortito Bacchica sacra ab iis fieri, Bacchumque coli, dicere non sit veritus, cum in Mosis quidem de solennitate istac lege nihil extare nossem, quod vel levissimam ejus rei suspicionem injicere possit. Quæ enim quæso habitationi sub tentoriis, quem præcipuum ejus festi ritum esse legislator voluit, cum Bacchanalibus intercedit cognatio? Sane enim sub tentoriis desidere baccantibus

B 3 mos

I. VII. extremo p. 716. his verbis: Οἱ παλαιοὶ τὸν Θεὸν ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ καὶ ΛΤΣΙΟΝ ἐκάλεν, ὅτι τὸ δελοπρεπὲς καὶ περιδεές καὶ ἀπιζον ἔχεισαν καὶ ΑΠΟΛΤΩΝ τῆς Ψυχῆς, ἀληθεῖα καὶ παίρησια χεῦθα πρός ἀλλήλες δίδωσιν. Antiqui Deum (Bacchum) Liberi & LYSII, seu solutoris nomine appellarent, quod servilem metum & infidelitatem eximens, eaque animum solvens (liberans), homines inter se veritate discendique libertate uti docet.

(p) Eruis inde cognominatus creditur Bacchus, quod parentis ipsius, Jupiter, in bello giganteo ad edenda fortitudinis signa filium excitaturus, subinde clamaverit: ÈU Ùlè, Age fili, fortem te gere. V. Explication historique des fables de l' Abbé Banier, Tome II. p. 44. Alii Jovis, vistoriam Baccho congratulantis, vocem esse volunt, q. d. euge fili. Ceterum notationem nominis Levitarum a Plutarcho non esse petendam, quivis facile intelligit.

22 *Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis*

mos non fuit. Cum vero, re accuratius expensa, deprehendissem, Plutarchum non tam ex ritibus festi pristinis, a divino Mose institutis, quam iis, quos ipsius aetate, praeter legis prescriptum, gens Judaica usurpabat, iudicium formasse, sic statui: Approbandam omnino fuisse Plutarchi sententiam, si hoc solum dixisset: Habere tabernaculorum festum, prout illa tempestate agi solebat, multa cum Bacchanalibus communia, imo ex his quoque petita; ea autem parte falsissimam esse, qua ipsum Bacchum a Judaeis coli auctor ille judicavit.

§. II.

Gentem scilicet Judaicam nativam religiosae sanctissimae simplicitatem atque puritatem omni tempore, prouti quidem fieri parerat, haudquaquam conservasse, nemo est, qui ignoret. Gravissimas profecto causas habuere ipse servator optimus, &, quos mandatis ille suis ad homines instruxit, legati ejus sanctissimi, reprobrandi Judaeis consilium illud perversum, quo legi divinitus traditae tot superaddiderant statuta nova, ut scita illius religiosissima veluti antiquata viderentur, & oblivioni tradita. Ritibus in primis tantus accesserat cumulus, ut si non nova prorsus, sibi certe, quoad externa, ad modum dissimilis, & longe simul onerosissima

ma evallisset religio. Fecerat enim familiarior, quæ inde ab Alexandri M. obitu Judæis cum gentibus exteris, præsertim cum Græcis, fuit consuetudo, ut ab his non multa tantum vitæ studia, sed ritus quoque superstitiones plurimos illi adscivissent: quos, licet ad cultum veri Dei magis exornandum adhiberi viderentur, melius fuerat omitti, pristinamque puritatem servari. Cujusmodi rituum si quis forte exempla requirat, is ob ocios fibi ponat festi tabernaculorum, qualiter republica Judaica jam senescente, celebratum illud fuit, cæremonias, & reperiet, nisi me omnia fallunt, in his non paucas, de quibus legislatori nihil unquam in mentem venit, quasque, instituta diligentि disquisitione, a peregrinis, nominatim Græcis, assumtas fuisse apparebit. Ac tales præ ceteris hæc censendæ sunt:

I. Nocturna solennitas, in feminarum atrio maxima cum pompa agitata.

II. Aqua, ex fonte Siloam amphora aurea battæ, effusio solennis.

III. Fasciculi ramorum, LVLAE dicti, gestatio & concussio.

IV. Tibiae ante altare usus.

Quibus V. addi possunt immoderata hilaritas signa, præsertim comedationes. Harum jam cæremoniarum usum recentiorem facile agnoverunt scriptores aliqui Christiani, in Judæ-

24 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

orum instituta commentati, originem quoque detegere nonnulli sunt aggressi, qui tamen, fateor, sua conjectandi licentia neutiquam mihi satisfecerunt, nec satisfecisse credo aliis, qui exigua quadam specie non statim ad assensum moventur. Ego, postquam cum cæremoniis quibusdam Græcorum Bacchicis comparare istas institui, easdem his per esse similes &c, suscepta investigatione ulteriori, non similes modo esse, sed suam quoque debere originem visus mihi sum animadvertisse, mirarique desii, quod Bacchanalia a Judæis agi Plutarchus opinatus sit. Putavi igitur, cum publicæ antiquitatum Græcarum recensioni præfandum aliquid nunc esset, ab hoc instituto alienum non fore, si eam rem latius persequendam mihi fumerem, & in propositum ante Plutarchi locum prolixius quasi commentarer. Quod ut ordine fiat decenti, enarrabo primum, ex monumentis fide dignis, paulo fusius enumeratas modo *Judæorum cæremonias*. Tum cum *sacris Bacchicis* eas contendam: ac denique quo tempore, quæ occasione, a Græcis ad *Judaos* venisse videantur, ostendere conabor.

§. III.

Prima, quam posui, ea que præcipua, in ipso templo fuit exercita. Siluit eam Plutarchus, fasces quippe, eorum, quæ in templo agant

agant Iudæi, nihil sibi esse exploratum. Eam vero hunc in modum describunt auctores Judaici (q). Cum finitis cuiusque diei festi facris **N O X** ingruisset, ingens populi turba in atrio seminarum confluebat. Constituta ibi ante fuerant candelabra aurea tam ingentis statuaræ, ut per scalas ad eorum fastigium ascendendum esset. Singulorum in summitate quatuor collocata erant simpula cum **ELLYCHNIIS BYSSINIS**, factis scilicet ex detritis sacerdotum braccis atque balteis. Ea simpula juniorum sacerdotum opera oleo implebantur & accendebantur. Accensa, propter multitudinem locique excelsitatem, & quod sub diò essent, lumen suum non per templum modo totum, sed per universam etiam Hierosolymorum urbem late diffundebant. Tum viri quidam præcipuae dignationis, iidemque religiosi & experti, artificiose **SALTARE** instituebant, tenentes manibus **FACES ARDENTES**, quas inter saltandum subinde in altum jactabant, delapsasque manibus rursus excipiebant (r). Nec intermitte-

B 5 bant

(q) Talmudici in *Succah* f. codice de *tabernac. festo* c. V. §. 2. 3. 4. Maimonides in libro de ejusdem *festi ritibus* c. VIII. aliisque.

(r) Fidem fere superat, quod de R. Simeone, Gamalielis filio, narrant Talmudici in *Succah*, fol. 53, col. i. Nempe illum ferunt *in solenni festivitate*, *qua olim in templo celebrabatur*, *& domus haustus vocata est, octo faces*

26 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

bant iidem saltatores CANTV jucundo spectatores oblectare. Levitæ interim in quindecim gradibus, quibus ex atrio Israelitarum in seminarum descendebatur atrium, consistentes CITHARIS, nabiis, CYMBALIS, tubis innumerisque instrumentis aliis, scienter tractatis inflatisque, psalmisque graduum (s) qui vocantur, decantatis, suavi concentu aures demulcebant. Porro duo sacerdotes, in porta stantes illa, per quam ex Israelitarum atrio in atrium seminarum penetrabatur, tubas tenebant manibus, easque per intervalla inflantes, sensim ex gradibus ejus portæ quindecim descendebant, & ad portam oppositam, orientalem puta atrii seminarum procedebant. Ad quam ubi pervenissent, sistebant gradum, & conversa occidentem versus facie, alta voce exclamabant : *Patres nostri in hoc loco, tergis ad sanctuarium, faciebus vero ad ortum conversis, solem adorarunt ; nostri autem oculi ad Dominum (sedem Dei, sanctuarium, seminarum atrio ab occasu objacens) directi sunt.* Spectatores

faces ardentes una manu tenuisse. Has simul in altum cum projecisset, e decadentibus unam semper manu una eundem exceperit tradunt, & aliam manu altera sursum esse jaculatum, & singulari manuum corporisque agilitate cavisse, ne ulla unquam ex facibus istis sociam attingeret. V. Wagens, in Sora p. 981.

(s) Sunt illi numero quindecim ; videlicet CXX, CXXI, & seqq. ad CXXXIV. usque. Eos sic appellatos volunt, quod ex quindecim illis, quos memoravimus gradibus voce canora solercent recitari,

res pompa intererant fere innumeri, feminæ  
æque ac viri, jubilis atque VOCIFERATIO-  
NIBVS lætitiam suam testantes. Atque hi  
quidem denso agmine in ipso atrii pavimen-  
to; illæ vero in podio, sive tabulato aliquo,  
ad parietes atrii columnis superstructo, ver-  
fantes per cancellos ad spatiuum inferius de-  
spiebant. Protrahebatur festivitas fere ad  
lucis ortum, dicta vulgo, שמחת בית השואבה,  
*lætitia domus haustus* (t). Natum de hac prover-  
biū: כל מי שלא ראה שמחה בית השואבה  
לא ראה שמחה מימן Quicunque nunquam vi-  
dit hilaritatem domus haustus, non vidit per fu-  
am vitam hilaritatem aliquam memorabilem.

§. IV.

Quod si jam pompam, modo recensitam,  
cum Bacchica Græcorum conferamus, sum-  
mam facili negotio deprehendemus similitudi-  
nem, Nam in Bacchanalibus omnis fere so-  
len-

(t) In hac phrasι per *domum haustus* atrium designatur  
seminarum, ideo sic appellatum, quod in eo ageretur  
hæc festivitas, tanquam complementum lætitiae, ad  
*haustus* pridie ex fonte Siloam & *effusa* in altare *aqua*  
cærimoniam pertinentis: de qua cærenonia deinceps  
agimus pluribus. Forte tamen non erraveris, si  
בית השואבה *domum* vertas *fistula*, sc. locum, ubi in-  
flatur *fistula*, ita tamen, ut *fistula*, per synecdochen  
speciei, pro omni generis instrumentis musicis accipia-  
tur. Affine certe vocabulum, **שאובתא**, *fistulam*  
denotat auctori paraphraseos, Jonathani a nonnullis  
perperam tributæ, Deut, XVI, 14.

28 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

Iennitas nocturna erat : lampades ac tæda, quarum ellychnia ex byssō confecta fuerant, circumferebantur : choreæ ducebantur : instrumenta, cymbala præsertim atque citharae pulsabantur : cantilenæ audiebantur : vociferationes atque jubila edebantur. Quæ momenta singula scriptorum antiquorum testimoniis nunc erunt declaranda.

§. V.

Ac primum quidem Bacchi sacra noctiv potissimum siebant, eam procul dubio ob causam, ut liberius exerceri possent omnis generis crimina, honestiores oculos per diem offensura. Ipse illud profitetur Bacchus apud E V R I P I D E M (u). Interrogatus enim a Pentheo :

Tὰ δὲ ιερὰ νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς ;  
Hæc vero sacra noctū an interdiu facis ?

respondet :

Νύκτωρ τὰ πολλὰ, σεμνότητι ἔχει σκότον.

Noctū plerumque ; tenebrae enim aliquid augsti habent.

Factum hinc est, ut NYCTELII (x) cognomen Bacchus acceperit. PLVTARCHVS: (y) Διόνυσον δὲ ναὶ ζαγρέα, ναὶ ΝΥΚΤΕΛΙΟΝ ναὶ Ισοδαίτην αὐτὸν ονομάζεται. Ipsum Deum Dionysium

(u) in Bacchis v. 485.

(x) Quod nomen coaluit ex vocibus νύξ nox, οὐ τελεῖ perficere.

(y) In libro de EI apud Delphos T. Opp. II. p. 389.

nysum (Bacchum) Zagreum, NYCTELIVM <sup>¶</sup>  
Iſodætam appellant. OVIDIVS (z) :

NYCTELIVMque patrem nocturnaque sacra  
precare. Idem alibi (a) :

Tempus erat, quo sacra solent Trieterica Bacchi  
Sithoniæ celebrare nurus, nox conscientia sacris.

VIRGILIUS : (b)

Bacchatur : qualis commotis excita sacris  
Thyas, ubi auditu stimulant Trieterica Baccho  
Orgia, nocturnusque vocat clamore Citharon.

Idem poeta conceptis verbis Bacchum noctur-  
num vocat, cum ait : (c)

Inter sacra Deum, nocturnique orgia Bacchi.

Ipsa etiam Bacchi sacra NYCTELIA solebant  
appellari, uti auctor est SERVIVS, ad ver-  
sus Aeneidos modo allatos ita commentatus :  
ipſa sacra (Bacchi) nyctelia dicebantur, quæ po-  
pulus Romanus exclusit, turpitudinis causa.

### §. VI.

Porro, cum sine omni lumine sacra illa ce-  
lebrari rite non possent, LAMPADIBVS fibi  
atque TÆDIS prospiciebant bacchantes, cum  
quibus & templis ingrediebantur, & per pla-  
teas agrosque, insipientium more, discurre-  
bant. Quocirca Pellenes, civitatis in Acha-  
ja, habitatores celebritatem Baccho institutam

λαμ-

(z) Lib. I. de arte amandi v. 567.

(a) Metamorph. I. VI. v. 587.

(b) Lib. IV. Eneid. v. 301.

(c) Lib. IV. Georg. v. 521.

30 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

λαμπτησίαν ἔοργν, festum dixere lampadum, ὅτι  
δάδας ἐς τὸ ιερὸν ἐνόμιζον ἐν νυκτὶ, quia solebant  
in ea faces accensas noctu in templum inferre :  
quemadmodum ipsum quoque Bacchum λαμ-  
πτῆρα, fulgidum, s. facibus fulgentem, iidem Pel-  
lenei appellarunt, ut docet PAVSANIAS (d).  
Idem Deus Φαντήρος, lucernalis audit LYCO-  
PHRONI (e), ἀπὸ τῆς διὰ Φανῶν καὶ λαμπτάδων  
ἐπιτελεῖθαι τὰ τέττα μυστήρια, quod ad faces οἱ lampadas perficerentur ejus mysteria, quemadmo-  
dum Is. TZETZES, Lycophronis interpres  
explicat. Sic & ARISTOPHANES (f) σὺν  
πένηαις, ait, σελαγεῖ Κωμαστῆς Διόνυσος. Cum  
ταῦτη fulget Comeffator Bacchus. Vbi Scholia-  
stes : μετὰ λαμπτάδων καὶ πυρὸς χρέενει. Διά-  
πυρος γὰρ ὁ Θεός. Cum lampadibus οἱ igne tri-  
pudiat ; igneus enim Deus est. EVRIPIDES,  
sacra describens Bacchica, inter reliqua ait (g):

Ἐτ’ αὐτὸν ὄψει κατὶ δελφίσιν πέτεαις

Πηδῶτα σὺν πένηαις.

Praterea videbis eum (Bacchum, ut pompa  
ducem) in Delphicis faxis

Salientem cum facibus.

Dignum porro illud est, quod diligenter hic  
observetur, tanquam in rem nostram apprime  
faciens, fuisse lampadas Bacchicas ELLYCH-  
NIIS instruetas BYSSINIS. ATHENEUS :

(h) τά-

(d) In Achaicis c. XXVII, p. 595. edit. Lips.

(e) In Alexandra v. 212.

(f) In Nubibus v. 606.

(g) In Bacchis v. 306.

(h) τάχτοις δὲ ἐπηκολόθεν Σάτυροι καθ' ἔπασον τῷ  
σαδίᾳ μέρος, ἕποσι λαμπάδας Φέροντες βυσσίνας  
(sic enim legendum pro eo, quod in vulgaribus codicibus est κιστίνας, *hederaceas*, uti  
recte monet CASAUBONVS (i), optimorum codicum auctoritate nixus) διαχεύσει  
*Hos* (Silenos) *Satyri* sequebantur (in Bacchi  
pompa), per utramque stadii partem lampadas ge-  
stantes byssinas inauratas viginti. Byssinas bene  
explicat Casaubonus: *quarum ellichnia e byssō*  
*fuerant confecta.*

§. VII.

Nec SALTATIONES & tripudia hic faci-  
le desideres; his enim summum bacchantes  
impendebant studium, persuasi nimirum, ea  
Deo suo longe accidere gratissima. Nam &  
ipsum tradebant, cum inter mortales adhuc  
versaretur, saltando subinde sese exercuisse,  
& choreis mirifice sese capi haud obscuris si-  
gnificasse indiciis. Atque idcirco Δάιμων Εὐόγ-  
χης, Deus Saltator appellatur Lycophroni (k),  
οτι, ut iterum Tzetzes, μετ' ὄρχήσεως αὐτῷ τὰ  
μυστήρια ἐγένετο, quod cum saltatione mysteria ei  
fierent. Luculentum in primis est illud Lv-

CIANI

(h) *Deiphilos*, I. V. p. 197.

(i) In *Animadu*, ad lib. V. Athen c. 7. p. 219.

(k) In *Alex.* v. 212. Cf. Hesychium in Lexico p. 332. ubi

Samios in primis Εὐόγχης cognomine Bacchum mactas-  
se docemur.

CIANI testimonium (l): Τα μὲν γὰρ Διονύσια καὶ Βακχικὰ σμαῖ σε μὴ περιμένειν ἐμὲ ἀπῆσαι, ὅτι ὄχητος ἐνεῖνα πάντα. Ut autem Dionysia & Bacchica tibi expediam, opinor te non exspectaturum, ut audias, quorum quippe tota actio saltatio est. Et LIBANIVS sophista, eorum festorum veluti animam saltationem esse dicit (m). Sic & EURIPIDES (n):

Εἰς δὲ χορεύματα  
Συνῆψαν Τριετηρίδων,  
Ἄις χαρές Διονυσος.  
Ad choros vero  
Convenerunt Trieteridum,  
Quibus delectatur Dionysius.

Et apud eundem (o) Baccharum chorus

Αὐτίκα, inquit, γὰ πᾶσα χορεύσει,  
Βρόμις δέ τις ἀγειθίατρος.  
Mox omnis terra saltabit,

Bromius (Bacchus) ille est, qui ducit choros.

Ac tam necessaria quidem istius cultus pars saltatio esse censebatur, ut qui omitterent pœna digni haberentur gravi, tanquam religiosi contemtores. Refert certe LUCIANVS (p) de Demetrio quodam Platonico, neglegēti cultus Bacchici apud Ptolemaeū regem accusato, quod εἴγε μὴ οληθεῖς ἔωθεν ἐπινέτε,

πάν-

(l) *De Saltat.* T. IV. p. m. 108.

(m) *Orat.* XIX.

(n) *In Bacchis* v. 132.

(o) *Ibid.* v. 114.

(p) *In libello de non temere credendo calumniae* T. I. p. 852.

πάντων ὁρῶντων, καὶ λαβὼν ταῖς αὐτοῖς ἐκμιθάλη-  
σέ τε, καὶ ΠΡΟΣΩΡΧΗΣΑΤΟ, ἀπολώλει ἄν.

Nisi accersitus ad regem mane palam vino libasset,  
Οἰαστὰ muliebri amictus ad numeros dithyram-  
bicos cymbalorumque modos saltasset, destinata ei fu-  
erit pernicies.

S. VIII.

Quemadmodum vero sine musico sono sal-  
tationes fieri non solent, ita cum tripudiis  
quoque Bacchicis variorum instrumentorum,  
tympanorum, CYMBALORVM, CITHARARVM  
aliorumque conjunctus erat strepitus. Et quo-  
niam cantilenis etiam saltantium studia magis  
excitari experientia docet, has quoque admis-  
cere mos erat bacchantibus. EVRIPIDES (q) :

Βιρτότονον κύκλωμα τόδε

Μοι κορυφαίτες ένερον,

Ανὰ δὲ βακχεία συντονών

Κέρασταν ήδυθόα Φευγίων

Αυλῶν πνεύματι, ματρὸς τε Ρέας εἰς

Χεῖρα Θῆκαν, πτύπον ἐντ' ἀσματι βακχῶν.

Hunc rotundum orbem (tympani) intentum  
corio,

Invenerunt mihi Corybantes,

Similque cum Bacchica acuta voce

Miscuerunt dulcissimos Phrygiarum

Tibiarum flatus, matrisque Rhea in

Manus posuerunt, Οἰαστὸν in cantibus Bac-  
charum.

C

Idem:

(q) In Bacchis v. 124.

34 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

Idem : (r) Μέλπετε τὸν Διόνυσον,  
Βαρύθεομων ὑπὸ τυμπάνων.

Canite Dionysum

Cum tympanis grandisonis.

STRABO (s) etiam in cæremoniis Bacchicis tympana & cymbala usurpata fuisse, haud obscure significat. Sic & Livius (t) Bacchanilibus tympanorum cymbalarumque strepitum tribuit. Cithararum usum hæc ΑΘΗΝΑΙ (u) comprobant : ΜΕΘ' ἀς χόρος ἐπόμπευσεν ἀνδρῶν ἔξαντοι, ἐν ᾧ πιθαγεῖσαι συνεφώνει τραγούσιοι, ἐπιχεύσας ἔχοντες ὅλας πιθάρας. Post has (regum Deorumque statuas, curribus in pompa Bacchica vextas) chorus progrediebatur virorum sexcentorum, in quibus citharista trecenti concinabant, aureas citharas totas pulsantes. De fistulis atque tibiis, itidem adhibitis, separatim diceimus postea.

§. IX.

Denique VOCIFERATIONE quoque & JUBILIS non parce utebantur bacchantes.

EV RIPIDES (x) :

Αγαλλόμεναι θεὸν,  
Ἐν Φρυγίᾳς βοῶτις ἐνοπᾶσι τε  
Celebrantes Deum (Bacchæ)  
Phrygio clamore οὐ vociferatione.

OVI-

(r) Ibid. v. 136.

(s) Geograph. l. X. p. m. 449.

(t) Histor. l. XXXIX. c. 8.

(u) Dervnosoph. l. V. p. 201.

(x) In Bacchis v. 158.

OVIDIO quoque (y) plausus ululatusque celebrantur Bacchici. Has autem cum primis voices saepenumero repetebant: Εὐōι σαβοι, Εὐōι βάνχε, ω̄ λανχε, ιω̄ βάνχε, Εύια τὸν ἔνιον, quæ sunt Baccho bene precantium, sive αἴδοντων τὸν λανχον, Bacchum cantu celebrantium, ut Xanthias loquitur apud ARISTOPHANEM (z). Lepidum est, & meri lufus loco habendum, quando CLEMENS Alexandrinus, (a) injeta istius clamoris (quem quidem non sine aliqua distortione per Evā exprimit) mentione, βάνχες ἐπολολυξειν ait ευαν ἐπείνην, δῑ ἡν̄ ταλάνη παρηκολθθησε. Enam Bacchos ululare illam, per quam error consecutus est; quasi de Evae delicto conquerantur Bacchi. Colorem quidem sententia ex eo quaerit Clemens, quod HEVIA serpentem Hebrais notet; (respxit procul dubio ad Syriacum נִיר) serpens autem mysteriis initiatus orgiorum Bacchicorum signum sit. Nemo autem non intelligit, quam longe petitum hoc sit atque frigidum. (b)

§. X.

Secundo loco commemoranda est solennissima aquæ effusio, נִיסְךָ וּמַיְךָ Judaicæ appellata, & Plutarcho ηεατηεΦοζιας nomine defi-

C 2 gnata.

(y) Metamorph. I. XI. v. 17.

(z) In Rani Act. i. scena 7. Conf. J. Potteri Archæol. Gr. p. 362.

(a) In admonit. ad gentes p. 9.

(b) Conf. Jo. Potteri ad istum Clementis locum animadversiones, quibus opinio illa pluribus refellitur.

36 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

gnata. Hanc cæremoniam ante festivitatem nocturnam, modo recensitam, posuisse, ut poste tempore priorem, nisi convenire judicassem, ut ea, cui plus & temporis & pompæ insumtum fuit, locum occuparet primum. Fuit autem hæc ejus ratio (c) : Singulis festi Tabernaculorum diebus sacerdotum aliquis, forte, ut videtur, ad hoc negotium designatus, sumta AMPHORA AVREA, ex templo ad fontem, vel, ut aliis placet, ad piscinam Siloam, ex fonte cognomini derivatam, & in Hierosolyma sitam inferiore, (d) comitante infinita hominum turba, descendebat. Ad eam ubi venerat, A Q V A inde hausta AMPHORAM IMPLEBAT. Hoc facto ad templum revertebatur, atriumque hujus magnum per portam aquæ, ab isto ritu nomen adeptam, inter faustas acclamations (e) suavemque tubarum sonum ingressus, aquam ad altare perferebat holocaustorum. Quo per clivum ab austro ei adjacentem concesso, aquam cum vino libaminis permixtam in aram effundebat, clamante interea populo : Attolle manum

(c) V. Codicem Talmud. *Succah* c. IV. §. 9. & *Tosaphoth* c. III. Talmud. Hieros. in *Succah* c. V.

(d) *Fons Siloam* extra urbem erat, ab hujus tamen mœniis non longe remotus. Ex illius fontis aquis, in urbem derivatis, *piscina Siloam* confluxerat.

(e) Acclamabatur ei in primis illud *Esaiae* c. XII. 3. *Hancies- sis aquas cum gaudio ex fontibus salutis.*

manum tuam, (f) ut scilicet videant omnes, a-  
quam in locum effundi destinatum. In ipso  
etiam libandi actu Levitarum chorus, instru-  
mentis variis & voce, suaviter concinere, &  
nominatim *Hallel*, quod vocatur, h. e. *hymnum*  
*psalmos sex*, quorum primus CXIII, ultimus  
CXVIII erat, complectentem, modulari inci-  
piebant. Quid jam ritu isto significatum fue-  
rit, quamque ille habuerit originem, non una  
est omnium opinio. (g) Ad prius quod at-  
tinget, mihi eorum sententia perplacet, qui de-  
siderium largioris pluviae, Palæstinæ circa il-  
lam anni tempestatem maxime necessariae,  
istac aquæ effusione indicatum fuisse existi-  
mant. Scilicet cum Octobri mense, ob se-  
mentem modo factam, pluvia ea regio maxi-  
me indigeret, ut latæ succrescere posset seges,  
cærenomia ista significare Judæi voluerunt,  
optare se, ut quemadmodum ipsi aquam nu-  
mini sacratam iam effundant, ita Deus pluvia  
copiosiori terram ipsorum irrigare mox velit  
atque fœcundare. Ceterum dudum jam ob-  
servatum est aliis, ad eundem ritum Christum

C 3 allu-

(f) Huius postulationi occasionem aliquando dederat sa-  
cerdos quidam Sadducæorum sectæ addictus, qui ritum,  
ut nulla Dei lege injunctum, vilipendens, aquam non  
in altare, sed in pedes suos profuderat, malis idcirco ci-  
treis a turba aspectante, & dolum animadventente, im-  
petitus.

(g) Varias diversorum hac de re opiniones Joh. Lundiüs  
recensuit in *Jüdischen Heilighth.* p. 1055:

38 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

alludere, cum apud Johannem evangelistam  
(h) ait: *Si quis sit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, de ejus ventre rivi profluent aquæ vivæ.* Hæc enim dixit Christus in templo, cum tabernaculorum festum ageretur, ac fortassis ipso aquæ vel in templum importatae, vel libatae, momento. Non nullis etiam in mentem venit, ex illo aquæ haustu explicari debere, quod idem Evangelista (i) de angelo narrat, *aquam piscinæ Bethesdæ statu tempore turbante.* Ex qua sententia angelus aquam turbans fæcerdos erit, ex templo ablegatus, & aquam ex piscina illa hauriens. Quæ interpretatio utrum admittenda sit an rejicienda, aliis judicandum relinquimus.

§. XI.

Istam jam cærimoniam, non minus quam præcedentem, nulla Deum lege fancivisse, omnes, (si Judæorum aliquos excipias, nihil non divinis ex oraculis extorquentes) agnoscunt atque largiuntur. De origine vero non idem omnes sentiunt. Quidam a Cananæorum, alii a Samuelis, a Davidis temporibus alii arcessendam illam esse opinantur: nec defunt, qui recentissimam faciant, Rabbanitarum demum ætate, non longe ante Christum natum, ortam fuisse affirmantes. Mihi origo non aliunde, quam ex AMPHORARVM GESTATIONE

(h) Cap. VII, 37.

(i) Cap. V, 4.

TIONE, in Bacchanalibus apud Græcos usitata, videtur repetenda. Ex veterum nempe testimoniiis liquido constat, cum pompa duceretur Bacchica, Bacchorum aliquos, inter reliqua, vini crateres AMPHORA sive, partim AQUA partim vino plenas, circumgestasse. PAUSANIAS de Pelleneis, τὴν λαμπτηέαν ἑορτὴν (vid. supra §. VI.) agentibus: οὐν πρατηέας ισάσιν αὐτὴν τῷ πόλι πάσαι, vini crateres statuunt per omnem urbem. PLUTARCHVS (k): Η πάτερος τῶν Διονυσίων ἑορτὴ τοπαλαιον ἐπέμπετο δημοτικῶς καὶ ἴλαιοῖς. Αἱ Φορεῖς οὖν καὶ πλημματις, ἔτα τράγου τις ἐδινεν, ἀλλος ιχθύδων ἄρρενος ἡγελθετι κομιζαν. ἐπὶ πάσι δὲ ὁ Φαλλός. Άλλὰ τῦν ταῦτα παρεοπάται καὶ ἡ Φάνισται, χεισωμάτων περιφερομένων, καὶ ἵματίων πολυτελῶν καὶ ζευγῶν ἐλαυνομένων καὶ πεσσωπείων. Accepta a majoribus Bacchanalium festiva solennitas olim populariter hilariterque agebatur. AMPHORA vini C palmes ferebatur: tum aliquis caprum trahebat: alius sequebatur calathum portans fiscis plenum: denique gestabatur phallus (l). Quæ sane nunc quidem negliguntur C obsoleverunt, dum jam

cir-

(k) In libro πεδὶ Φιλοπλατ. p. 527.

(l) De phallis Suidas in Lexico, p. 577. edit. Küster. Φαλλοὶ μόρια δερμάτινα, ή ξύλον ἐπίμηκες, ἔχον εὐτῷ ἄκρα σκύτινον αἰδοῖον. Phalli penes sunt coriacei, vel lignum oblongum, habens in summo penem coriaceum (rubrum). Hinc dicti Φαλλοφοροι i. e. phallorum gestatores.

**40 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis**

circumferuntur VASA AVREA & uestes preciosae, bigae agitantur & homines personati incedunt. Ex vasis illis aureis, quorum Plutarchus hic meminit, primum A QVA repletum erat. Patet id ex loco Plutarchi alio (m), ubi ait scriptor: καὶ τῶν ιερῶν δεῖ προπομπένει τὸ ὑδεῖον ἐπὶ τῷ τῷ Θεῷ. Ante sacra in pompa semper praecedit VAS A QVARIUM, in honorem Dei (Bacchi). Et apud ATHENÆVM (n), in prolixa illa sumtuosæ admodum & magnificæ pompæ Bacchicæ, a Ptolemæo Philadelpho, Ægypti rege, Alexandriæ instructæ, descriptione craterum, urceorum, phialarum, HYDRIARVM, amphorarum, psycherum (o) plurimorum, partim aureorum, partim argenteorum, mentio fit. Quem apparatus, quis non videt cum ritu Judaico, ante explicato, multum habere similitudinis? maxime, cum in illo vase aquario primus tributus fuerit honos, ut ex Plutarcho modo intelleximus. Id autem solum nunc agimus, ut rituum ostendamus affinitatem. Nam unum ex altero originem duxisse, deinceps probabile efficiemus.

**§. XII.**

Tertio in Θυσοφορίᾳ quoque, quam Plutarchus vocat, h. e. RAMORVM GESTATIONE

(m) In libro de Isole & Ostride p. 365.

(n) Deipnosoph. lib. V. p. 198. sqq.

(o) Sic τάσα Græcis dicuntur, quibus & vinum refrigeratur & pocula lavantur: cupe.

NE & AGITATIONE, genti Judaicæ in tabernaculorum celebritate usitata, sacrorum Bacchicorum vestigia apparent minime obsecura. Juvabit autem hæc paulo altius repetere. Nempe jussusat divinus legislator Israëlitæ, Canaanem ingressos, quovis anno, sub autumni principium, per septiduum integrum, relictis tantisper domibus suis, sub tabernaculis degere frondeis, ut perpetua apud eos esset insignis illius beneficium memoria, quo numerosissimum eorum exercitum, annos fere XL, integros fine fixa sede, fine urbibus oppidis atque pagis, in Arabiae desertis olim oberrantem, nec nisi sub tentoriis requietentem, mirabili prorsus modo ita conservauerat, nihil uti, quod vel ad viictum vel ad amictum pertineret, unquam illis defuerit. Edixerat itaque (p), ut fructum sumerent arborum pulcrarum, ramos palmarum, frondes arborum densarum & salicūm torrentis, non quidem, ut manibus hæc, tanquam ad pompam, circumferrent, (sicuti Rabbanitæ interpretantur) sed ut tabernacula inde struerent exornarentque, quibus septem dies pro habitaculis ute- rentur. Quæ legislatoris mens tum ex verbis proxime sequentibus clare satis perspicitur, tum ex eo abunde confirmatur, quod apud Nehemiam legimus: (q) *Egredimini (est hoc pro-*

C 5

cerum

(p) Levit. XXIII, 40.

(q) Cap. VIII, 15.

42 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

cerum edictum) in montem (oliveti) & adferte  
folia oleæ, arboris pinguis, myrti, palmæ aliarum  
que arborum densarum, ad facienda tabernacula  
frondea, quemadmodum scriptum est. Quod man-  
datum exsecutum quoque esse populum re-  
fert Nehemias. Ramorum gestatorum nulla  
hic mentio: construuntur tantum tabernacula,  
idque ex legis, antea allatae, præcepto fieri  
debere affirmant antistites, aperte simul si-  
gnificantes, præter tabernaculorum constru-  
ctionem, nihil aliud lege ista Mosen injunxit.  
Apud posterioris vero ætatis Judæos mos obti-  
nuit, ut non tabernacula tantum conficerent,  
verum etiam ramorum fasciculos manibus  
circumferrent, maxime cum ad templum ire-  
tur. Compositi hi fasciculi erant ex ramo pal-  
mae uno, eoque longiori, ramis myrtinis tribus,  
salignis duobus, & ramo citreo uno, ex quo  
malum penderet citreum (r). Myrtum enim ar-  
boris densæ; ramum vero citreum, cum ejus-  
dem

(r) v. Cod. Talmud, *Succah* cap. III, §. 4 Talmud, Hieros.  
in *Succah* fol. 53. c. 2. Adde Josephum in loco jamjam  
citando. Ceterum hodie non magnopere requirunt  
Judæi, ut ramus etiam citreus adhibeat, iis certe in  
regionibus, ubi rarius illud genus est atque preciosius,  
quam ut comparari a quovis possit. Solent tamen  
publico sumtu unum talem ramum, cui fructus adhæ-  
reat, redimere, ad usum omnium. Itaque nunc tres  
plerumque species fasciculos, de quibus loquimur, con-  
stituunt: *ramus palmeus*, *myrtini* & *saligni*. Oportet  
vero, dum hi manu gestantur dextra, malum citreum  
melioris notæ sinistra teneri.

dem generis malo, fructus arboris pulchra nomine significatum a Mose fuisse judicabant. Ceterum ramos myrtinos, salignos & citreum parti rami palmei extrema, qua tenendus hic erat, ope viminis saligni adstringebant, spatha tamen (sic enim Latini vocant ramum palmæ tenerum, qualis in hoc negocio adhiberi solet) longius prominente. Talem jam fasciculum, ex commemoratis ramorum speciebus confectum, uno nomine לולף Lulaf dixerunt, denominatione a potiori facta; proprie enim soli spathæ, s. ramo palmeo, θάιω τῷ φοίνικᾳ, uti apud Johannem vocatur(s), ea vox convenit. JOSEPHO (t) ramos istos

EIPE-

(s) Cap. XII v. 13.

(t) Thyrſi quid sint postea explicabimus, nunc de voce θύρσῳ ut moneamus aliquid, non abs fore credimus. Etymologiæ vocis variæ auctori *Etymologici magni* recensentur p. 303. edit. Sylburg. Rectissime ab ἕιρος, quod *lana* est, duci videtur. Hesychius in Lexico p. 294. οὐλάδον ἐλάσσας, olea ramum erponit. Vbi annotat Fungerus, ramum denotari *oleaginum*, *lana* obvolnatum, arborum fructibus circumpendentibus, qui suspendi solet ante januas adiunctorum, in honorem Apollinis, ad famam arcendam, ex oraculi praecepto. Quibus conuentanea sunt, quæ Suidas habet in Lexico T. II. p. 28. & 29 ubi Εἰρεστιῶνη, inquit, Θαλλὸς ἐλάσσας, ἐπεμμένῃ ἐξίσις, καὶ προσφεραμένης ἔχων παντοδαπάς τῶν τῆς γῆς παρόπον. Προετέθετο δὲ πρὸ τῶν θυρῶν, κατὰ παλαιὸν χειρομόν. Eirestone olea ramus dicitur, *lana velatus*, ex quo omnis generis fructus suspendere solebant. Ponebatur autem ante fore

44 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

ΕΙΡΕΣΙΩΝΑΣ & ΘΥΡΣΟΤΣ appellare placuit. Sic enim loquitur (u): *κελεύει -- ὀλοναντίθν τε καὶ θύειν τῷ θεῷ καρπηγα, Φέροντας ἐν ταῖς χερσὶν εἰρεσιώνην μυρσίνην καὶ ἵτεις σὺν κρέδῃ Φοίνιξ πεποιημένην* (sic enim legere malim, quam πεποιημένη, quod est in editis) *τῷ μῆλῳ τῷ τῆς περσέας προσόντος.* Jubet Moses Israelitas, tabernaculorum festo holocausta Deo offerre & sacrificia salutaria, gestantes interim manibus ramos myrti & salicis, palme ramo junctos, adhaerente etiam malo Persæ, h. e. citreo. Nimirum sensum Mosis legi tribuit Josephus, suæ ætatis consuetudini convenientem. Et alibi (x), postquam in Alexandrum Jannæum, regem & pontificem, tabernaculorum solennitate sacrificare parantem, mala citrea a populo, ipsi admodum infenso conjecta fuisse narraverat

---

*fores adiūtum, ex antiquo oraculo.* Eodem fere modo Plutarchus describit in *Theſeo* p. 10. Scilicet cum fame aliquando vexarentur Græci, consulto oraculo acceperunt, fore, ut ea depellatur, si oleæ ramum, lana vellatum, variisque fructibus ornatum, Cereri consecrarent. Quod illi non tunc modo fecerunt, sed deinde etiam quotannis, cærimoniam repetiverunt, sterilitatis averrendæ causa. V. Petrum Castellanum de festis Græcorum apud Gronovium in *Theſ. Græc. Antiqu.* vol. VII. p. 648. Apparet igitur, specialiorem fuisse apud Græcos vocis *ἔιγε Κιώνη* significatum, quam quo Josephus illa usus est. Huic enim *ramum* ea denotat generatim.

(u) *Antiqui. Jud.* I. III. c. 10. p. 92.

(x) *Ant. Jud.* I. XIII. c. 21. p. 460.

verat, addit: νόμος ὁντὸς παρὰ τοῖς ιδαῖοις ἐν  
ῇ συνοτερῷ ἔχει ἑκατὸν ΘΥΡΣΟΤΣ ἐν Φοινίκῃ  
καὶ περὶ αὐτῶν. Lex enim apud Judeos est, ut quisque  
scenopegia festo THYRSOS gestet palmeos & citre-  
os. Cum his igitur ramorum fasciculis tem-  
plum singulis festi diebus ingredi, & altare  
holocaustum circumire mos Judæis erat.  
In quo circuitu, die festi septimo septies, re-  
liquis non nisi semel suscepto, alta voce illud  
psalτæ (y) exclamabant: O Domine, oramus te,  
ut serues nos, & prosperitate frui finas! Porro il-  
lud etiam memorabile, quod, cum in recita-  
tione τῆς Hallel (v. §.X) ad verba Psalmi cxviii  
prima, & ea, quæ modo adduximus, nec non ul-  
tima ventum esset, cœtus, qui in templo aderat,  
universus fasciculos suos, non sine ingenti  
strepitu, ex collisis spathæ foliis concitato, a-  
gitaverit concusseritque, ac inter quatierendum eos  
versus omnes mundi plagas, ut & sursum ac  
deorsum, porrexerit. Hanc ramorum gestatio-  
nem & agitationem, sive concussionem, hodienum  
in synagogis suis perquam sollicite observant  
verpi, in libris suis ritualibus multa de illa sub-  
tiliter præcipientes ac disputantes (z). Nulla  
Dei lege commendatum fuisse ritum, iterum  
monemus: quicquid contra sentiant tum Ju-  
dæi Rabbanitæ, tum Christianorum aliqui,  
Probe id intellexerunt Karæi, qui idcirco nun-  
quam

(y) Ps. CXVIII. 25.

(z) V. Buxtorffii Synagogam Jud. c. XXI.

46 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

quam admirerunt. Eos quidem graviter obistum neglectum reprehendit, & confutare etiam aggressus est ABARBANEL, qui tamen hoc ipso conatu ostendit, ipsum philosophico magis, quam critico acumine polluisse. Inter Christianos, præter ceteros, Joh. LUNDIUS (a), Rabbaniticam legis, Levit. XXIII, 40. propositæ, interpretationem approbat, hoc imprimis pro sententia sua urgens, quod jussi sunt Israëlitæ primo festi die sumere frondes cet. Istius autem diei cum tanta fuerit religio, ut tabernacula illo strui nullo prorsus modo licuerit, alium sensum illud sumite vobis non pati Lundius judicat, quam hunc: manibus tenete & circumgestate. Sed tolli facile poterit ista difficultas, si modo cogitemus, בְּזִבְחָנָה verti quoque posse circa diem (hic enim praefixi ב significatus minime infolens est,) ut sensus sit: appropinquante die primo sumite vobis. Josephum quidem in partes suas etiam vocavit Lundius, ex testimonio ejus, a nobis quoque ante in medium allato, argumentum petens. Verum male idem ratiocinatus est, cum argumentationem sic instituit: ait Josephus, sole Judæos in scenopœgiae celebritate ramos gestare palmeos & citreos; ergo Moses fieri illud voluit. Eadem enim ratione facile foret probare, complures ritus alios, Josepho quidem memoratos, sed citra omnem tamen controversiam recentiori ætate adscitos, decretis divinis, a Mose pro-

(a) In Iud. Heiligh. p. 1052.

promulgatis, inniti. Sane ex Josephi verbis, ad quæ provocat Lundius, hoc solum evinci potest, ramos gestandi consuetudinem Alexandri Jannæi, & ipsius Josephi tempore, obtinuisse, nihil præterea. Nihil igitur vetat, quo minus, præter legis mandatum, inventam fuisse cæmoniam affirmare liceat, Nehemias tempore in gente Judaica adhuc ignoratam. Ac plane suspicor, nec sine ratione, ut censeo, solennitatem Bacchicam illi quoque originem dedit. Habuit hæc saltæ cæmonias eidem prorsus geminas, quod operæ pretium erit ostendere.

§. XIII.

Vt coronas nunc omittam frondeas, quibus capita redimiti incedere solebant bacchantes,  
RAMOS MANIBVS GESTARE virides, &  
frequenter QVATERE, unus fuit e præcipuis  
Bacchanalium ritibus. Eos ramos ΘΥΡΣΟΤΣ  
Græci dixerunt & ΝΑΡΘΗΚΑΣ. De thyro ita  
HESYCHIVS (b): θύρσος πάβδος, βακχηνός  
βακχικὸν, ἡ πλάδω. Thyrsus virga est, baculus  
Bacchicus, aut ramus. SVIDAS (c) θύρσος  
βακχικὸν πάβδος, ἡ λαμπάς, ἡν ἐβάσαζον εἰς τι-  
μὴν θεῶν διονυσίων. Thyrsus virga Bacchica, aut lampas,  
quam gestarunt in honorem Bacchi. Ex quibus intelligi potest, quadruplicem istius vocabuli esse potestatem, ita ut (1) virgam il-

Iud

(b) In Lexico p. 451.

(c) In Lexico T. II, p. 215.

48 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

Iudicet universim, (2) baculum Bacchicum, quem mox describemus, (3) ramum cuiuscunque arborum vel fruticum generis & (4) deinde lampada; qui tamen extremus significatus dubito, an solius Suidae auctoritate nittatur. Omnium usitissimus is est, quem secundo loco posuimus, nec tamen rara sunt exempla tertii. Sane enim Josephus, cum loco supra excitato Θύεται dixit, ἐν Φοινίκῃ πατέρων, thyrsos palmeos & citreos, generaliorem ramorum significationem voci tribuit. Sic JUStINVS etiam Martyr usus est, (c) Αἱ βάκχαι inquiens, διὰ χήματος ἐνεργητὰς λογχὰς ἐν τοῖς Θύεσσι περιφερεῖται. Bacchea sub schemate & habitu pacifice hastas in thyrsis (ramis praesertim hederaceis & pampineis involutas, de quibus hastis statim plura dicemus) circumferunt. Plura, quae in promptu sunt, exempla afferre nihil attinet. Id tamen monendum adhuc est, Plutarchus etiam, in voce composita ΘυέσσοΦοίλα, Θύπτον pro fronde accipi, sive ramo; ut vertenda vox sit ramorum gestatio. Ut plurimum vero Θύεσσοι scriptoribus Graecis, maxime cum de sacris loquuntur Bacchicis, hastas denotant, sive ligna teretia oblonga, (propter quam figuram thyrsos teretes dixit PAPIN. STATIVS (e) ferro praefixa, frondibus sive ramis hederaceis & pampineis involuta, atque his undi-

(d) In epist. ad Zenam & Screnum Opp. p. 507.

(e) Thebaid. l. IX. v. 614.

undique velata, ὡς quasi exarmata, sicuti pluribus NONNVS docet (f). Hinc θύρσον κίστινον βέλος vocavit EVRIPIDES (g), h. e. iaculum hederaceum, hederæ frondibus vestitum. OVIDIUS (h):

*Ipse racemiferis frontem circumdatus uvis,  
Pampineis agitat velatam frondibus hastam.*

SILIVS Italicus (i) :

*ac vitis thyrsō delapsa virenti  
Festas Nyseo (Bacchico) redimivit palmitē men-  
fas.*

Ab his *thyrsis* differebant aliquantum ΝΑΡΘΗΚΕΣ. Hi enim ferulae tantum erant, *intus cavæ*, (k). *hedera* quidem obvoluta, sed nullo ferro munita (l). HESYCHIVS : Ναρθηξ ἔιδος Φυλής καλαμοειδῆς ἐλαφεῖς Narthex levis plantæ genus est, calami figuram habentis. Utrosque, tum *thyrsos* tum narthecas, in Bacchi pompa manibus circumferabant cultores. Hinc proverbium :

*πολλοὶ μὲν ναρθηφόροι παῦει δέ τε βάγχοι.*

Multos *Thyrsiferos*, paucos est cernere Bacchos. Scilicet *thyrsus*, qualem modo descripsimus, *Bacchi* censebatur *insigne*. Narrant enim, cum in terris adhuc regnaret *Bacchus*, eum *thyrsos*

D pro

(f) *Dionysiac.* lib. IX, & clarius lib. XIV.

(g) In *Bacchis* v. 25.

(h) *Metamorph.* lib. III, v. 667.

(i) *de bello pun.* lib. VII, v. 197.

(k) Hinc κοῖλον ναρθηκα dixit Hesiodus *Opp.* & *Aierum.* v. 52.

(l) V. Casaubonum de *Sætyr.* Poësi, I, I, c, 2.

50 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

pro sceptro fuisse usum, & populos, speciatim Indos, hoc armorum genere debellasse. Quapropter non solebat Bacchus, sine thyriō in manib⁹, fingi aut pingi. Nec cultus ei gratus praestari posse credebatur sine thyrsis. Quam ob causam bacchantium quilibet vel thyrsum, vel ferulam saltēm, nartheca dictam, gestare tenebatur. Apparebant in his rami pampinei atque hederacei, utpote Baccho sacri, quod vini crederetur inventor, & hedera in deliciis suis semper habuisse, postquam mater ipsum, recens natum, hedera statim frondibus obvolverat. E V R I P I-

D E S (m) :

Βρέμιον ἐνθα τέκε  
Μάτης Διὸς γάμοισι,  
Κισσος ὃν περιεφῆς  
Ελιπτός, ἐυθύς ἔτι Βέφθ.  
Χλοηφοροῖσιν ἔγνεστι  
Κατασκίσιν ὀλβίσας ἐνώτισε.

Bacchum ubi peperit  
Mater, conceptum ex Jove,  
Quem hedera circumdata  
Et involuta, statim adhuc infantem  
Virentibus frondibus  
Obumbrantibus beans texit.

Ramos igitur bacchantes pariter in sua celebritate gestarunt, ac Judæi recentiores tabernaculorum festo. Ac persuasum his fuit, non

(m) In Phanassis v. 652.

non posse illud festum sine ista cæremonia ri-  
te agi, adeo, ut in eos etiam animadverte-  
rent, qui officio suo hac in parte defuerant.  
Certe prandio eos solebant excludere. Quod  
si vero quis, ad perfectiorem rituum simili-  
tudinem intelligendam, id omnino requirat,  
ut eiusdem generis ramos, ex quibus suum  
*Lulaf* Judæi conficiebant, in Bacchanalibus  
adhibitos fuisse doceamus, non est cur despe-  
remus, quin huic etiam postulato fieri possit  
satis. Primum igitur generatim tenendum  
est, præter hederam & vitem, varios quoque  
ramos alios gestare consueuisse bacchantes.  
Patet id ex *PALÆRHATO*, qui de Bacchis  
feminis ad Orpheum pellectis *ai ðð*, (*n*) scribit,  
*ναρθηκας ἔχοσαι κατέβαινον ἐν τῷ οἴεσσι, καὶ πλῶ-*  
*νας δενδρῶν παντοδαπῶν.* *Ipse ferulas, & ramos*  
*omne genus arborum, habentes, descenderunt de*  
*monte.* Deinde palmeos speciatim & citreos ra-  
mos in Bacchi ritu usurpatos fuisse, ex hoc *A-*  
*THENAEI* loco (*o*) clarum est: *ῳ γυνὴ περ-*  
*καλλεσάτη κατὰ τὸ μέγεθος ἐπεῖο, πολλῷ χει-*  
*σῷ καὶ διαπεπτεῖ πεκοσμηένην, Φέροσα τῇ μὲν*  
*μίᾳ τῶν χειρῶν σέφανον περσάτις, τῇ δὲ ἐτέσα ραβ-*  
*δον φοίνικο.* Sequebatur mulier, corporis magni-  
tudine formosissima, auro multo elegantique vestitus  
ornata, altera manu ferens e Persæa (citro) co-  
ronam, altera virgam e palma. Denique nec

D 2 myr-

(n) *Περὶ αἰπεῖσιν. de incredibilibus*, cap. XXXIV.

(o) In *Deipnosoph.* lib. V. p. 198.

52 Obs II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

myrtus hic exulavit, quippe non Veneri tantum, quæ myrtia inde Plutarcho audit (p), sed Baccho etiam sacra. Certe coronis myrtinis capita cingebant bacchantes, morem Dei sui imitantes, de quo ARISTOPHANES (q):

Πολύπαρτον μὲν τινάσσων

Αμφὶ κρατὶ σῷ βρύονται

Στέφανον μύρτου.

Fructiferam quidem quatiens,

Circa caput tuum (o Bacche!) florentem

Coronam myrtorum:

Nihil igitur desiderari hic potest, præter solas forte salices, quas gestatas fuisse in Bacchanalibus, equidem non memini ab ullo scriptore memoriae esse proditum; forte tamen & illæ sub omnis generis ramis, quos Bacchas tenuisse Palæphatus nos docuit, comprehenduntur.

§. XIV.

Neque vero gestare modo, sed QUATERE etiam ramos Bacchi cultoribus solenne fuit, non secus ac Judæis suum concutere Lulaf. Auctor etymologici magni (r) dictum θύεσθαι putat παρὰ τὸ συνεχῶς κυνέονται, quod continenter a Bacchis moveretur. Nimirum ducendum vocabulum esse judicat ex verbo θύειν, quenam idem hoc significat quod ὄγμαν, impetu quo-

(p) In quest. Rom. p. 268.

(q) In Raniis Act. I. l. 17. v. 13.

(r) p. 459.

quodam ferri præpropero & festino. Concusso autem observari hic potest triplex. Agitabantur enim thyrsi vel (1) ita, ut aer tantum feriretur ; vel (2) terra pulsandæ causa ; vel (3) ad homines forte obvios percutiendos. De primo agitationis genere Euripidi sermo est, cum chorum Baccharum sic loquentem introducit (s) :

Ω μάναρ, ὅσις ἐνδάιμων τελετὰς θεῶν  
Τάτε ματρος μεγαλας  
Οεγια Κυβέλας θεμιτέων,  
Αγα θύρσον τε τινάσσων,  
Κισσῷ τε σεΦανωθεὶς  
Διόνυστον θεραπένει.  
O felix ! quicunque beatus sacra Deorum  
Et matris magna  
Orgia Cybeles colens,  
Thyrsumque quatiens,  
Et hedera coronatus  
Dionysium colit.

Idem (t) :

παύσω ιτυπῶντα θύρσον,  
Cessare faciam a quassando thyro.

NONNVS (u) :

Δὸς καὶ ἔμοὶ ηλονέειν χλοεὸν βέλος.  
Da mihi etiam concutiendum viride jaculum.

Thyrsum intelligit ; hujus enim perticæ ja-

D 3

culum

(s) In *Bacchis* v. 73. 78. sq.

(t) Ibid. 240.

(u) *Dionys.* lib. XXX.

54 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis  
culum præfixum erat. OVIDIUS de Bac-  
cho (x):

Pampineis agitat velatam frondibus hastam.  
PAPIN. STATIVS (y):

Turpesque manu jactavimus hastas.  
Vbi turpes hastæ thyrsi sunt, quos turpes vocat  
poeta, quia omne genus turpitudinis exerceri  
solebat a thyrsigeris. Porro thyrsos quoque  
agitabant Bacchi Bacchæque, ad terram atque  
rupes pulsandas, eo consilio, ut aquæ, vini, la-  
ctis & mellis rivos inde elicerent. Huic se  
pulsationi multum operæ impensurum esse  
Cadmus ait apud EVRIPIDEM (z):

Οὐ κάμοι ἀν γέτε νυκτ' ζετ' ήμέραν

Θύρσῳ κροτῶν γῆν.

Non defatigabor nec noctu nec interdiu,  
Thyrsos pulsans terram. Et postea (a):

Ἐτ αὐτὸν σφει - - -

- - - διπλοῦ φων πλάνη

βαλλοντα, καὶ σέοντα βαίνχιον υλάδον

Pratererea videbis eum - - -

- - - bicipitem rupem

Percutientem, & quatientem bacchicum ramum.

Cujus percussionis quis esse siveverit effectus,  
ex eodem tragico discas, apud quem haec nar-  
rat homo, cui nuncii partes ille dedit (b):

Θύρ-

(x) *Metamorph.*, lib. III. v. 666.

(y) *Thebaid.* l. IX. v. 796.

(z) In *Bacchis* v. 187.

(a) v. 306.

(b) Ibid. v. 703.

Θύεσον δέ τις λαβὼς ἐπαιτεν ἐις πέτραν,  
Οὐδεν δροσώδης ὑδατ<sup>Θ</sup> ἐκπηδᾷ νοτίς·  
Άλλη δέ νάρθη<sup>τ</sup> ἐις πέδον καθῆται γῆς,  
Καὶ τῇδε κείνην ἔχανη<sup>τ</sup> ὅντε θεός·  
Οσοις δέ λευκὴς ῥώματ<sup>Θ</sup> πόθ<sup>Θ</sup> παρῆν,  
Ακροῖσι δακτύλουσι διαμῶται χθόνα,  
Γαλακτ<sup>Θ</sup> ἐσμήτες ἔχον· ἐκ δὲ κιττίνων  
Θύεσσαν γλυκεῖται μέλιτ<sup>Θ</sup> ἐναργον ῥοά.  
Quadam vero thyrso sumto percussit petram,  
Unde roscidus aquæ profiluit humor.  
Alia vero ferulam in terræ solum demisit,  
Et hac parte emisit Deus fontem vini.  
Quibus vero albi potus (laetis) desiderium erat,  
Summis digitis dividentes terram,  
Lactis rivos habebant. Ex hederaceis autem  
Thyrsis dulces mellis stillabant rivi.

PAVSANIAS (c): Άφιομέγων δέ ἐις Κυκαριστας  
ἐκ Πύλης, σφίσι πηγὴ ὑπὸ τῇ πόλει πλησίου Θα-  
λάσσης ἐστί ρυῆναι δέ διονύσω τὸ ὑδωρ λέγεται,  
Θύρσῳ πληξάντες ἐις τὴν γῆν. Καὶ ἐπὶ τοῦ διονυ-  
σιάδα ονομάζονται τὴν πηγὴν. Qua a Pylo Cyra-  
rissias itur, in suburbanis non procul a mari fons  
est, quem percussa thyrso a Libero patre terra ex-  
titiisse ferunt: eaque de causa Dionysiada fontem  
ipsum nominant. ARISTIDES (d): Αἱ Βάκ-  
χαι, ἐπειδὰν ἐθεοὶ γένενται, οὐδεν οἱ ἄλλοι ἐκ τῶν  
Φρεατῶν εἰδὲ ὑδωρ δύνανται ὑδρεύεσθαι, ἐκεῖναι μέλι  
καὶ γάλα ἀρένονται. Bacchæ furore correpta en-

D 4 theo,

(c) In Messenicas p. 373.

(d) Orat. Platon. I.

## 56 Obs.II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

theo, ex puteis, unde ne aquam quidem haurire possunt alii, mel & lac hauriunt. Sed miraculo res carebat. Etenim non potest abesse suspicio, quin ficti illi fuerint fontes, fictæ etiam rupes, aqua, melle, vino & laetæ antea impletæ, atque ita compositæ, ut percussæ illa scaturirent atque funderent. Quod vel ex hac ATHENÆI narratione fas erit colligere: (e) Αὐεβλυζον δὲ ἐξ αὐτῶν παῖς ποντοὶ δύο, οἱ μὲν γάλακτοι, οἱ δὲ ὄνειρα. Scaturiebant & ex ipso (antro profundo, arte facto, quod vitibus & hedera tectum, curru in pompa Bacchica vehebatur) rivi duo, alter vini, alter lactis. Tandem quatiebantur etiam thyrsi ad homines, forte occurrentes, percutiendos. Icti in furorem statim agebantur, certe simulatum, nec minus, quam Bacchi ipsi, insaniebant, & θυρσοπλήγες. (f) vel πισσοπλήγιτοι, thyrsi vel hedera percussi vulgo dicebantur. Ad quem morem LVCRETIVS respicit eo versu, quo furore quasi quodam, ad laudem captandum incitatum se fuisse significare vult (g):

¶ acris

percutit thyrsi laudis spes magna meum cor.  
Isti ictus graviter olim metuebantur, propter furorem cum illis cojunctum, Hinc PRUDENTIVS (h):

Inje-

(c) *Deiphilos* l.V. p.200.

(f) v. *Hesych.* p.451.

(g) *De rerum nat.* l.I. v. 921.

(h) In libro περὶ 560, hymno X. v. 276.

Injectit atram territis formidinem,  
Ut fulmen aris, ceu Tonantis horreant:  
Tremant venenum sibilantis Gorgonæ:  
Putent ephebum (Bacchum) post triumphos  
Indicos  
Ferire thyrsos posse (furorem incutere), cum  
fit ebrios.

§. XV.

Quarto tradunt Judæi (i), singulis octo  
festi tabernaculorum diebus, Levitis *Hallel*  
inter sacrificandum modulantibus, duos sacer-  
dotes, juxta altare stantes holocaustorum, in-  
strumento חליל vel *אַבּוֹב* diēto, cuius sonitus  
non nisi duodecim per annum vicibus in tem-  
plo exaudiebatur, occinuisse. Non æneum  
illud instrumentum erat, sed arundineum,  
figuræ teretis foraminibusque distinctum, so-  
num reddens acutum; videturque omnino  
a Plutarcho (k) per σάλπιγγας μηνας, tubas  
exiguas, indicari. TIBIAM vulgo interpre-  
tantur, vel *fistulam*, nec male; valde enim  
simile illi erat, quod Gallis flute, nobis flöte,  
vocari solet. Quale instrumentum Græci  
λωτὸν dixerunt & αὐλὸν, quæ vox Hebraico חליל  
admodum affinis est. Quippe Græcis quo-  
que usitatas fuisse constat tibias ex calamo,  
five arundine, confectas; sane enim celebra-

D 5 tos

(i) In cod. Erachin, sive de rerum Deo sacratarum es-  
matione, cap. II, §. 3, ubi conf. interpres.

(k) loco supra cit,

58 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

tos illis reperimus παλαιαῖς, tibiis canentes arundineis, de quibus pluribus egit Casaubonus<sup>(1)</sup>. Romanos quoque eodem genere usos fuisse testimonio sunt hæc VIRGILII (m):

*Tū calamos inflare leves cet.*

§. XVI.

Fuit autem in Bacchanalibus quoque TIBIARVM usus frequentissimus. E V R I P I D E S (n) certe inter præcipuos illorum ritus ponit:

*Θιασένειν τε χορεῖς,  
Μετὰ τὸν ἀυλὴ γελάσαι.  
Tripudiare choreis,  
Et latari cum tibiis.*

Idem sacris iisdem λωτῷ Ψόφον, fistulæ strepitum, tribuit (o). HERODOTVS, ritus Ägyptiorum Bacchicos recensens (p) προηγέεται δὲ, inquit, ἀνδρὸς, ὃς δὲ ἐπονται αἰνεσται τὸν διόνυ-

σον

(l) In *Animadu. in Athen.* l. IV. c. 24.

(m) Ecloga V. v. 2.

(n) In *Bacchis* v. 378. Conf. Strabonem *Geograph.* l. X. p. 449.

(o) Ibid. v. 687. Conf. etiam v. 160, ubi hæc leguntur:

*Λωτὸς ὅταν ἐκκέλαδος  
Ιερὸς ιερὰ  
Παίγματα βρέμη.  
Quando dulcijonans fistula  
Sacra sacros  
Ludos sonat.*

Adde etiam, si placet, v. 128. §. VIII. jam excitatum.

(p) In *Euterpe* c. 48.

σον, præcedit fistula quam feminæ, Bacchum carentes, sequuntur. Pertinet huc illud etiam, quod de Epheſiis, Antonium, urbem ipsorum ingressum, Bacchica pompa excipientibus, relatum legimus a PLVTATCHO (q): Εἰς γὰν Ἐφεσον ἐισιοντ̄ αὐτῷ, γυναικες μὲν εἰς Βάνχας, ἀνδρες δὲ καὶ παιδες εἰς Σατύρες καὶ Πάνας πγνύο διεσκευασμένοι. καττὸ δὲ καὶ θύσων, καὶ ψαλτηρίων, καὶ ΣΥΡΙΓΓΩΝ καὶ ΑΤΛΩΝ ή πόλις ἦ πλέα, διόνυσον αὐτὸν ἀνακαλυμένων, χαριδότην καὶ μειλιχιον. Cum Epheſum ingrederetur (Antonius), mulieres Baccharum, viri & pueri Satyrorum & Panum habitu præcedebant. Hedera, thyrsis, psalterii, fistulis atque tibiis urbs plena erat, Bacchumque cum salutabant benignum ac blandum. Harmonidem quendam tanta contentione tibias in Dionysiaca inflasse, ut animum simul efflaverit, LVCIANVS (r) commémorat. Nempe fistularum in primis & tibiarum sono, ad saltandum incitabant bacchantes. eas tum alii sacrorum ministri inflare solebant, tum ii, qui Satyros agerent, qui propterea cum tibiis in marmoribus nonnullis repræsentati confaciuntur. Qualem Satyri manu sinistra fistulam tenentis, statuam apud ducem Mazarinum vidisse se testatur Gisb. CUPERVS (s). Interdum tibias geminas simul infla-

(q) In vita Antonii T. Opp. I. p. 926.

(r) In Harmonide, T. II. p. 335.

(s) Observat. lib. I. c. 12.

60 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

inflabant bacchantes, quod tum ex marmoribus illis antiquis, quæ Joh. Bapt. CASALIVS (t) & Christ. Gottlieb SCHWARZIVS (u) expresserunt illustraruntque, apparet, tum ex hoc NONNI (x) versu clarum est :

Kαὶ δίδυμοι Βερένυντες ὄμόζυγος ἐπλαγον διλόι.

Et gemina Berecyntia conjunctæ clangebant tibix.  
Berecyntia dicuntur tibiae a Berecynto, Phrygiæ monte. Scilicet tibias Phrygum esse inventum, creditum fuit veteribus (y). Quod si forte de usu tibiarum apud veteres plura cognoscere voluēt cuiquam sit, ei Casp. BARTHOLINI de tibiis veterum & earum antiquo uso librum singularem, ut & Joh. MEVRSHII (z) fil. de eodem argumento commentarium commendandos ducimus.

§. XVII.

Quinto denique in eo etiam Bacchi sacra agentibus non dissimiles sese gesserunt Judæi recentiores, tabernaculorum festo, quod effusæ hilaritatis signa ediderunt, GENIO QVE suo

(t) In libro de profanis & sacris veteribus ritibus, parte II. p. 92.

(u) In Miscellaneis polit. humanit. c. IV. Imagines hujus generis plures exhibet Bern. Montfaucon in Antiquité expliqué T. I.

(x) Dionys. l. XIII. v. 508.

(y) V. Athenæum Desipnosoph. l. XIV. p. 619.

(z) Meursii librum Thesauri antiqu. Gr. Tomo VII. inscrituit Jac. Gronovius.

suo liberaliter IN DVLSERVNT. Iussi quidem fuerant latitiam & hilaritatem quandam in ista solennitate præ se ferre (a), sed talem, qualem Philippenibus suis commendavit apostolus (b), id quod verba addita, coram Je-hovah Deo vestro, aperte satis indicant. Hoc nempe voluit legislator, ut beneficiorum insignium, quibus majores ipsorum Deus affecisset, memoriam lati recolerent, non ut epularentur. Tam perverse autem illam hilaritatis legem interpretata est ætas posterior, ut nihil aliud, quam *comensationes* atque *compositiones*, eadem præcipi judicaverit. Ac fecerunt sane doctores hanc sententiam : **נִילְזָמָה אֲלֹא בַּמְקוֹם שׂוֹרֵה** Nulla est hilaritas, præterquam in loco convivii. Sensus est : Quotiescumque hilaritatem lex commendat, toties convivia jubet instrui. Diem igitur festum solenniorem nullum sine epulis dimittendum fibi esse censuerunt ; singulis enim, ex ipsius legis præcepto, hilare vivendum esse arbitrabantur. Et quia sabbathi religio omnium erat maxima, illud rite transfigi non posse judicarunt, nisi ter ad minimum lautis dapibus & suavi potu ventrem implerent. Post sabbathum tabernaculorum festum solennissimum cum esset, hoc quoque ut comensationibus operam darent maxime officii

(a) *Levit.* XXIII, 40.

(b) In epist. ad eos scripta c. III. v. 1. & IV. 1.

officii sui rationem exigere crediderunt. Ac magistros olim inter se disputasse legimus (c) de eo, quoties epulandum sit sub tabernaculis? Ex R. Elieferis sententia, quatuordecies illud fieri oportuit: quanquam alii certum numerum definire noluerunt. Nec forte fallimur, si Plutarchum his verbis: *mensas (Judæi) proponit, in quibus expositæ sunt omnis generis fruges*, illum luxum indicare voluisse arbitremur: quanquam in eo errasse putandus est Plutarchus, quod illum morem ad *jejuniū*, h. e. expiationis festum, referat. V. quæ ad illum locum notavimus §. I. Porro quemadmodum cibi lautiores, maiori copia & ultra naturæ necessitatem sumti, ac potus suavior, largius haustus, acres esse solent ad voluptatem stimuli, ita compertum quoque fuit, Judæos in eadem illa solemnitate *in libidinem evagari*. Non diffitentur hoc ipsi illorum doctores. Narrant enim eo tempore, quo in nocturna illa, de qua locuti supra sumus, festivitate feminæ viris adhuc permixtæ starent, in atrii pavimento, horum multos, non obstante loci religione, libidinosius, quam par erat, cum illis sese gesisse. Quo animadverso, consultum visum fuit antistitibus, ut feminæ posthac locum in illa pompa occuparent a viris separatum, illud puta

---

(c) In codice Talm. *Succah* cap. II. §. 6.

puta podium, sive tabulatum, cuius itidem mentionem supra fecimus.

§. XVIII.

Istam iam vivendi rationem si cum bacchantium moribus contendas, facile intelliges, illam ab his minime abhorruisse. Quanto enim omnis generis cum luxu celebrata fuerint Bacchanalia, multis commemorare nihil attinet. Notum scilicet est omnibus, nullas in iis omissas fuisse *comessationes*, atque id in primis bacchantium singulos studuisse, ut *vino se liberaliter ingurgitarent*, huiusque copia nimia obruti rationis usum amitterent. Et cum intemperata perpotatio variorum scelerum fœcunda esse mater soleat, mirandum non est, in Bacchanalibus horrenda perpetrari crimina, ac, ut *LIVIVS* loquitur (d), *mentem velut furialibus stimulis, ad omne scelus, & ad omnem libidinem agi confuevisse*. Matronas enim honestas adulterari, virgines viatiari, viros muliebria pati, in rebus numerabatur licitis, imo ad cultum Bacchi necessariis. Quam fœditatem copiosius descripsit *LIVIVS* (e). Quapropter *TACITVS* (f) genus vitæ solutum & corruptissimum cum Bacchanalibus comparat, cum *apud Vitellium*, inquit, *omnia indif-*

(d) *Histor.* lib. XXXIX, c. 15.

(e) Ibid. cap. 8. sqq.

(f) *Histor.* lib. II, c. 16.

64 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

indisposita, temulenta, per vigiliis ac Bacchanalibus, quam disciplinæ & castris propiora. Ac tanta morum in illis sacris licentia & corruptela movit tandem Romanos, ut SCto caverent, ne qua Bacchanalia Romæ, neve in Italia, essent, testante LIVIO I.c.

S. XIX.

Satis vero, ut opinor, ac forte plus, quam necesse erat, de rituum, haec tenus recensitorum, dictum erit congruentia: quam quin omnies, qui haec legent, agnitiuri facile sint, non videtur esse desperandum. Illud iam supereft, ut Judæorum gentem eosdem a Græcis accepisse verisimile faciamus &, quo tempore, quaque occasione illud contigisse videatur, doceamus. Atque hic quidem illud primum mihi volo concedi: Cum apud duas gentes, certo quodam tempore multum inter se converatas, & quarum una alterius aliquando extitit domina, quæque uti diversas de divinitate foverunt opiniones, ita hanc colendi diversam alioquin inierunt rationem, ritus facri obseruantur vel iidem, vel certe admodum similes, dubitari vix potest, quin ea, quæ & alteri paruit, & ante illud commercium istos ritus ignoravit, eosdem a viatrice sua didicerit assumferitque. Hac positione (quam certis limitibus circumscribendam putavi, secus ac nonnulli faciunt, qui solam rituum apud diversos populos similitudinem,

eam-

eamque interdum levem, sufficere sibi existimant, ad factam eorum communicationem statuendam) admissa, nihil erit, quod impedit, quo minus cæremonias, ante memoratas, a Græcis ad Judæos derivatas fuisse recte affirmetur. Primum enim nemini, historiæ Judaicæ non experti, ignotum esse potest, eo temporis intervallo, quo Græci regiones orientis fere singulas, præsertim vero Asiam minorem, Syriam, Palæstinam & Ægyptum, suæ nationis hominibus frequentarunt, & veluti inundarunt, magnam Judæis cum illa gente intercessisse consuetudinem atque familiaritatem, imo fœdera: sicuti *Antiqu. Jud.* libro XII. & XIII. plenissime docuit JOSEPHVS. Deinde notissimum quoque est, Judæos Græcorum imperio aliquando, ac fatis quidem diu, subfuisse. Cum enim Alandri M. successores de summa rerum inter se contendenter, Judæorum terra modo Ægypti, modo Syriæ regum, ex gente Macedonica, præda fuit, quorum hi præsertim crudeliter eam sæpenumero habuerunt. Jam subditos dominorum suorum sequi solere mores, experientia satis comprobavit. Denique certum quoque est, Judæos, ante consuetudinem cum Græcis, ritus supra indicatos cultui Dei publico, cui quippe cum sacris Bacchicis nihil commune erat, minime admiscebuisse. Sane enim in libris ipsorum sacris, quorum ali-

E qui

66 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

qui haud ita longe ante Græcorum in oriente imperium conditi sunt, nullum proorsus illorum appetet vestigium. Nam qui, pro effusionis aquæ antiquitate demonstranda, ad Samuelis ac Davidis historiam provocant, & locum quendam Esaiæ afferunt, ii interpretationis, levissimis superstructæ conjecturis, nobis dant exempla. Ecquis autem credat, scriptores divinos partes cultus publici tam memorabiles, si ipsorum quidem ætate in usu fuissent, ita omnino filere voluisse, ut iis etiam in locis, quibus festi tabernaculorum soiennia commemorant, ne levissimam quidem illarum injecerint mentionem? Ex isto vero silentio id simul intelligitur, neque ante exilium Babylonicum, neque statim post restitutam ex illa calamitate Judæorum gentem, istas cæremonias usurpari consueuisse, quippe Nehemiae tempore, ad cuius in Palæstinam adventum, inde a finita captivitate, centum propemodum effluxerunt anni, nondum exercitas. Conf. §. XII. Primum *gestatorum* manibus *ramorum* indicium apud scriptorem libri Maccabæorum posterioris (g) occurrit. Narrat enim ille, Judæos, cum post repurgatum, Judæ Maccabæi auspiciis, templum huius encænia celebrarent, laudes Deo cecinisse, θύεταις καὶ υλάδες ὥσαις, ἐπὶ δὲ Φοίνικας ἔχοντας, tenentes manibus thyrsos & ramos pulchos, ac palmas,

(g) Cap. X. v. 7.

mas, spathas. Scilicet festi tabernaculorum ritus in illis Encæniis adhiberi placuerat, ob rationem a scriptore laudato indicatam. De *thyrsophoria* igitur dubitari non potest, eam tempore Nehemiam inter & Judam Macca-bæum elapso, quo frequens admodum Judæi cum Græcis habuere commercium, demum fuisse inventam. Nec minus certum est, rituum reliquorum, ante istud commercium, usum in Judæorum gente fuisse nullum: ut ita singulos illos a Græcis ad Judæos venisse, vero sit simillimum.

§. XX.

Generatim igitur hoc dici potest: consuetudinem cum Græcis, quæ sub regibus Ægyptiorum Syrorumque Macedonicis maxime viguit, occasionem Judæis præbuisse; enumeratas cæremonias adsciscendi. Quod si vero tempus, quo assumtæ primum fuere, determinatius indicandum sit, respiciendum esse existimem tum ad *Ptolemei Philadelphi*, Ægyptiorum, tum ad *Antiochi Epiphanis Syrorum* regis, ætatem. His enim regnantibus ea fuit rerum facies, ut Græcorum moribus facillime adsuescere potuerint Judæi, cæremoniasque nonnullas ab illis mutuari. Nam, ut de *Ptolemæo* primum loquar *Philadelpho*, eum memorie veteres ut regem nobis sicutunt Judæis per amicum, magnaue in eos benigni-

E 2 tate

68 *Obj. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis*

tate usum. Ingentem illorum multitudinem, occupatis per dolum Hierosolymis, in Ægyptum jam deduxerat *Ptolemaeus Lagi, Philadelphi* parens (h), nec paucos, ut eodem commigrarent, Philadelphi moverat gratia ac munificentia. Evidet narrationem tritissimam de libris Judæorum sacris, istius regis cura Græcum in sermonem conversis, deque inaudita prorsus eius liberalitate, ea occasione erga gentem Judaicam exercita, in fabula ponendam existimo; id tamen indubitatum censeo, singularem fuisse Philadelphi in Judæos propensionem atque voluntatem. Accidit igitur illa tempestate, ut Græcis familiarius Judæi uterentur, moresque simul Græcos cognoscerent. Quibus moribus ipsos Judæos, ad confirmandam augendamque regis erga se gratiam, qua vel maxime opus sibi esse intelligebant, studere tunc cœpisse si quis affirmaverit, eum a vero minime putem aberrare. Neque enim ignorare illi poterant, morum conformitati magnam inesse vim, ad animos hominum nobis conciliandos. Sed ut proprius ad rem accedamus, instruxit Philadelphus aliquando, pro suo in religionem, utut absurdam, amore, splendorisque in sacris studio, pompam Bacchicam, qua sumtuosiorum & splendidiorum nulla unquam ætas vidit. Multus in ea describenda ATHENÆVS fuit, cuius

(h) V. Josephum *Antiqu. Jud.* l. XII, c. I.

cujus testimoniiis, ex illa descriptione desumtis, assertiones nostras superiores subinde robora-  
vimus. Illam igitur pompam dubium non est, quin Judæorum, Palæstinam æque ac Aegy-  
ptum incolentium, plurimi spectaverint. Jam  
si cogites, tale semper fere fuisse Judæorum  
plerorumque ingenium, ut in exterorum ritibus,  
maxime cum oculos hi percellerent, imi-  
tandis faciles admodum fese præbuerint, pro-  
clive fane erit suspicari, pompam illam Phila-  
delphi Bacchicam primam illis ansam dedisse,  
transferendi in cultum suum cæremonias non-  
nullas, quas a Græcis in Bacchi solennibus  
usurpari viderant. Et, cum hæc autumni po-  
tissimum principio celebrari solerent, hinc ra-  
tio patet, quare tabernaculorum potius, quam  
alii festo, ritibus mutuo inde sumtis, locus  
fuerit concessus. Ceterum, si excusationem  
in illo instituto Judæi merentur ullam, hanc  
certe inde peti oportebit, quod non in Bacchi,  
sed veri Dei honorem iisdem cæremoniis uti  
voluerint.

§. XXI.

Inprimis vero *Antiochi Epiphanis* regnum  
talem rerum conversionem Palæstinæ attulit,  
ut fieri aliter vix potuerit, quam ut Græcas  
consuetudines, in sacris æque ac civilibus, Ju-  
dæi tunc admitterent atque imitari institue-  
rent. Quod eo facilius accidit, quo magis  
illarum cupidos atque studiosos principum  
ejus gentis aliqui fese ostenderunt. Exem-

E 3

plo

70 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

plo esse potest par illud fratrum impium ac  
scelestum, Jason atque Menelaus, quos haec au-  
tos fuisse narrant scriptor 2. Maccab. & Jose-  
phus. Cum utriusque (Jasonis & Menelai) frater,  
*Onias*, vir religiosus atque probus, pon-  
tificatus in Iudea præcesset, Jason, homo, am-  
bitionis exsatiandæ causa, nullum crimen  
grave ducens, Antiochum regem adiit, at-  
que huic 360 talenta daturum se promisit, si  
pontificis dignitatem, Oniae fratri erectam, in  
ipsum transferret. Præterea 150 talenta alia  
obtulit, si & facultas daretur exstruendi Hiero-  
solymis gymnasium aliquod atque ephebe-  
um, Græcorum ad exemplum, & Hierosoly-  
mitani cives scriberentur Antiocheni. Quæ  
postulata singula facile impetravit homo ne-  
farius a rege, argenti ob luxuriam appeten-  
tissimo. Nec distulit idem exequi opus, quod  
destinaverat. Simulac enim pontificatum, &  
conjunctionem cum eo principatum occupasset,  
condidit statim in ipsa Hierosolymorum urbe  
gymnasium atque ephebeum, in quibus more  
Græco juventus Judaica exerceretur. Itaque  
εὐθέως ἐπὶ τὸν ἑλληνικὸν χαρακτῆρα τὰς ἴμοφύλας  
μετῆγε, καὶ τὰς μὲν νομίμας πολιτείας καταλύων  
παρανόμας ἐθίσμας εἰδίνειν statim Græcis mori-  
bus populares suos assuefecit Jason, abrogatisque  
legis Mosaicæ institutis, ritus introduxit novos,  
illis quidem contrarios (i). Neque enim in his  
reci-

---

(i) Verba sunt scriptoris 2. Maccab. IV, 10. II.

recipiendis difficilem sese Jafoni præbuit populi pars maxima , principum suorum exemplis duci solita. Imo ad ipsos quoque sacerdotes, quos religionis purioris vindices esse decebat strenuos , ea pestis serpsit. Hi enim in gymnasiis tunc frequentius , quam in templo comparebant, neglectisque religionis negotiis , certaminibus , iudis & spectaculis, Græcum ad morem institutis, unice vacabant. Paucis annis post *Menelaus*, perfidia in fratrem utens , partim adulatio[n]e sua, partim tributo promisso ampliori, solicitavit regem ad pontificatum Jafoni adimendum, sibique concedendum. In quo cum facilem se rex ei præbuisset, cum mandatis regii profectus in Judæam est, ut decretum sibi munus invaderet. „Concitata autem per fratrem (Jafonem) „contra novum pontificem, Menelaum, seditione, & populo in partes scisso, Tobiæ filii „steterunt a Menelai partibus : major autem „populi pars factionem Jafonis sequebatur. „Quorum vim non sustinentes Menelaus & „Tobiæ filii, secesserunt ad Antiochum, dicentes, se velle, relictis patriis institutis ac legibus , religionem regis & Græcanicos ritus affmere , rogaveruntque eum, ut sibi permitteret gymnasium Hierosolymis exstruere: quo impetrato, adduxerunt sibi præputia, ut nudis quoque non essent Græcis dissimiles : &, contentis omnibus patriis ritibus , imitabantur

„mores exterarum gentium, verba sunt Josephi (k). Tantum igitur eo tempore cum esset rerum Græcarum apud Judæos studium, non videtur dubitandum, quin sacras etiam solennitates, Græcis usitatas, atque in his Bacchanalia in primis, ut festum græcorum præcipuum (l), Judæi tunc celebraverint. Eodem quoque rerum statu Philosophiam Græcanicam, quam seculis reipublicæ Jud. extremis studiosissime coluerunt Judæorum plurimi, adoptatam primum ab hac gente fuisse verisimile est. Quod autem plane Græcorum ad mores ritusque Judæos perduxit, Antiochi Epiphanius tyrannis fuit, aliquot annis post enarratas modo rerum vicissitudines exercita. Postquam enim ille rex, severa interdictione, Judæos ad legis Mosaicæ præscriptum sacra facere vetuisset, eosque, vi adhibita, ad Græci cultus cæremonias adigere cœpisset, pars illorum haud exigua, abominandam illam superstitionem adhuc detestata, vel sponte, vel metu supplicii edictis regius paruit (m). Ac possumus sane illud in primis in rem nostram

con-

(k) *Antiqu. Jud.* I. XII. c. 6. *Conf.* 2. *Maccab.* IV. 23, sqq.(l) Primum sane locum Bacchanalibus assignavit Xenophon, sub finem libri de *republ. Atheniensium*, ubi horum festa recenset. Movit etiam summa ejusdem celebritatis dignitas Demetrium & Antonium, ut nullam aliam, quam Bacchi personam Athenis gerere voluerint,(m) V. Josephum *Antiqu. Jud.* I. XII. c. 7.

convertere, quod auctor 2. Maccab. (n) refert: γενομένης δὲ Διονυσίων ἑορτῆς, παραγνάσσοντο οἱ Ἰudeoi κισσὸς ἔχοντες πομπευειν τῷ Διονύσῳ. Cum Bacchi festum ageretur, cogebantur Judæi hederam, in honorem Bacchi, gestantes incedere. Extitere quidem postea sacrorum instauratores, Judas Maccabæus hujusque successores aliqui, qui omni nisi id egerunt, ut a profanis ritibus religionem perpurgarent. Verum qui novit, quam ægre divelli plebs possit ab institutis semel admissis, præsertim si multum pompæ atque deliciarum coniunctum cum illis sit, nullo negotio intelliget, optimos illos viros multa ferre debuisse in populo, quæ non passurus hic erat prorsus sibi adimi. Itaque tolerari etiam oportuit ritus nonnullos Bacchicos, a quibus ut tabernaculorum festo temperarent, a Judaeorum plerisque impetrari minime poterat. Ipsum enim ejus festi tempus solennia Bacchica, ante paucos adhuc annos ab ipsis quoque eadem anni tempestate agitata, in memoriam illis revocabat. Occurrebat simul publica hilaritas & vitæ ratio laxior, qua libere & impune tunc uti potuerant: occurrebat etiam cæmoniarum splendidarum apparatus, iisdem in solemnibus adhiberi solitus. His autem rebus cum omni fere tempore turbæ Judaicæ nihil fuerit gratius, vix retineri ea potuit, quo minus occasione oblata

E 5 in

(n) Cap. VI. v. 7.

74 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

in eas rueret. Intellexerunt igitur religionis vindices, esse omnino illud multitudini indulgendum, quod sine maxima hujus offensione abrogari non poterat: ferendas esse cérémonias illi tantopere amatas, licet profanæ essent originis. Vnum hoc efficere illi potuerunt, ut usus esset sanctior, nec Bacchus illis honoraretur, sed vero nunimi supplicaretur. Id quomodo craterophoria, sive, ut Judæis appellare mos est, aquæ effusione, factum sit, supra jam docuimus §. X. facile etiam foret de reliquis ostendere, si necesse esset. In comedientibus tamen evitari non potuit, quin modus a multis excederetur, maxime, postquam epulis quoque opiparis Deum coli doctores persuaserant.

§. XXII.

Quæ cum ita sint, satis caussæ esse arbitror, cur rituum, quos recensuimus, usurpatio apud Judæos prima vel ad Ptolomæi Philadelphia, vel ad Antiochi Epiphanis regnum referatur. Eam forte Aristobulus Judæorum rex & pontifex, qui primus ex Hasmonæorum familia diadema sumfis, confirmavit. In hoc enim enixum plane fuit rerum Græcarum studium, adeo ut Philellenis, h. e. Græcorum amatoris cognomen inde meruerit (o). Longiori tandem usu factum est, ut tabernaculorum solennitati tam firmiter illi ritus adhæserent.

(o) V. Josephum Ant. Jud. I. XIII. c. 19.

hæserint, ut eam sine his agi rite non posse crederetur. Quæ persuasio eo altiores Ju-  
dæorum in animis egit radices, quo magis eorundem doctores istas ceremonias ipsis fa-  
crorum scriptorum pronunciatis tueri allabo-  
rarent. Illorum enim, ætate ultima, constans hicce mos fuit, ut scitis recentibus, & con-  
suetudinibus novis quibuscunque, auctorita-  
tem divinis ex oraculis conciliare studuerint.  
Neque id effectu difficile erat. Pro ea enim,  
quam sibi sumebant, interpretandi licentia,  
facillimum erat, quidvis sacræ scripturæ e-  
licere. Ac si huic forte præsidio diffiderent, erat  
in promptu auxilium aliud, *traditio* puta, quam  
inde a Mose, qui primus eam, si credere fas  
est, in monte Sinai, præter legem litteris  
mandatam, acceperat, serie continua propa-  
gatam ad se fuisse, nec minoris quam ipsas  
sacras litteras auctoritatis esse iactabant. *Dis-*  
*ciplinam Kabbalisticam* universam philosophiæ  
*Græcanicæ*, speciatim Pythagoricæ, suos debe-  
re natales, uti manifestum est, ita pridem  
fuit animadversum. Non intermisere tamen  
magistri gentis acutissimi, præcepta ejus dis-  
ciplinæ fere singula e scripturæ sententiis,  
tanquam in his latentia, eruere; quamvis  
certissimum sit, divinos illius conditores de-  
fictis istis arcanis, ne per somnum quidem,  
cogitassem. Exponuntur dogmata Kabbalisti-  
ca nullibi plenius, quam in libro *Sohar*, cuius

au-

## 76 Obs. II. De Ritibus quibusdam Bacchicis

au<sup>r</sup>tor quicquid praecepit, illud universum ex Mosis scriptis, adhibitis tamen simul legis ore traditae testimoniis, elicere satagit ac probare. Pari modo commemoratas cæremonias, postquam usurpatæ aliquamdiu fuisserent, mandatis niti divinis, iisque vel scriptis, vel traditione conservatis, persuadere instituebant doctrinæ Judaicæ antistites. Vtroque ex fonte *solennem aquæ effusionem* derivabant. Trahebant in primis eo illud Esaiae (p): *Haurietis cum gaudio aquam ex fontibus salutis.* Quibus verbis vatem divinum & fontem Siloam (quem *salutaris* nomine merito putabant appellari, quod aquæ ejus sacerdotibus in primis, ex nimio carnis sacræ esu ventriculo laborantibus, admodum essent salubres) & actum celebrem hauriendi ex illo aquam, (V. §. X.) clarissime significasse atque præcepisse existimabant. Hujus autem ceremoniæ nocturnam illam *festivitatem*, de qua §. III. fermo fuit, appendicem, adeoque isto Esaiae dicto simul indicari iudicabant. *Thrysophoriam* sive *ramorum gestationem*, quomodo ex ipsa Mosis legi deduxerint, ex iis patere potest, quæ §. XII. monuimus. *Fistulæ* denique *usum*, & *confessiones*, *bilaritatis præcepto* tuebantur. Vid. §. XVII.

S. XXIII.

---

(p) Cap. XII. v. 3.

§. XXIII.

Atque haec præfari placuit antiquitatum Græcarum explanationi, semestri hoc hiberno a me suscipienda; ut intelligeretis, Commilitones Praestantissimi, ipsius etiam superstitionis Græcæ, quæ partem antiquitatum illarum constituit haud exiguam, cognitionem usu suo minime destitui. Erunt hi primi mei labores publici, postquam, voluntate Serenissimorum atque Potentissimorum academiae hujus NUTRITIORVM benignissima, Græcas litteras profitendi munus clementissime nuper mihi demandatum est. Cujus consilii mei hanc potissimum habeo rationem, quod acquisita illarum rerum notitia viam munire nobis potest ad scriptorum Græcorum optimorum, quos posthac Vobis proponere in animo institui intelligentiam. Quemadmodum enim, uti minime ignoratis, ad librorum sacerorum, antiqui juxta ac novi fœderis, sensum capiendum, necessaria prorsus est antiquitatum Hebraicarum scientia; ita etiam vetusta Græcorum monumenta digne cum fructu manibus versare, ac penitus intelligere, nemo potest, nisi qui a regionis, quam illa gens incoluit, rerumque ejusdem sacerarum, civilium, militarium ac domesticarum, quæ passim in illis vel aperte commemorantur, vel alludendo attinguntur, notitia probe est instructus. Ducem in isto negocio sequemur virum celebr-

78 Obs. II. De Ritib quib. Bacch. agræc. &c.

berrimum, *Lambertum Bos*, insigne illud quondam academiæ Francqueranæ decus; cuius præclara extant in litteras Græcas merita. Dedit ille nobis antiquitatum Græcarum, præcipue Atticarum, descriptionem, librum, si mollem spectes, exiguum, momenta tamen antiquitatis Græcæ præcipua concinna quadam brevitate exhibentem. In hoc igitur libello copiosius, quantum conducere putabo, interpretando fœmestri hoc occupabor. Indicarem quoque operas privatas, nisi a Vobis, Com militones Optimi, exspectarem, ut pro more, quem adhuc servantis, ipsi mihi significetis, quas a me suscipi e re Vestra judicaveritis. Audio antiquitatum Hebraicarum percipiendarum multos Vestrum esse cupidos; alios scriptoris alicujus Græci interpretationem sibi exposcere. Quicquid in hoc genere a me postulaveritis, illud operam dabo semper, ut ea, qua par est, fidelitate & diligentia Vobis praestem. Ceterum faciam D.F. recitationum publicarum initium perendino die Jovis, hora prima, in auditorio philosophico. Adeste, ut soletis, frequentes, studiisque meis favere pergitte, ac rectissime valete! P. P. in et  
academia Julia, d. XVII. Octob.

A. MDCCXXIV.

OBSER-

## OBSERVATIO III.

DE

RITV JVDAICO, CORNVA  
VICTIMÆ IN AVRANDI EAN-  
DEMQUE CORONANDI.

## §. I.

**V**T, quantopere Græcorum in ritibus  
sacris simios Judæi se præbuerint, ma-  
gis faciamus evidens, exemplum rei af-  
feremus adhuc aliud. More nempe rece-  
ptum apud Judæos fuit, *deaurare cornua boum*  
*immolandorum*, si non omnium, eorum certe,  
quos catervæ hominum, primitias fructuum  
Hierosolymam asportantium, ante se agebant:  
nec cornua modo auro circumfundere, sed  
*fertis etiam capita cingere oleaginis*. Testes sun-  
to doctores mischnici, qui in *Biccurim*, s. co-  
dice de *primitiis fructuum*, (a) sic loquuntur:  
בִּיצַר מְעָלֵין אֶת הַכְּכָרוֹת ?כָּל הַעֲיוֹרָה שְׁבָמְעֵדָר  
מִתְכַּנְסֹת לְעוֹד שֶׁל מַעֲמָר וְלִנְזָן בְּרוֹחָב שֶׁל עִיר  
וְלֹא הוּוּ נִכְנָסֵן לְבָתוּס וְלִמְשָׁכִיס וְהַהֵּה  
הַמְּמוֹנָה אָוֶר קְמוּ וְגַעֲלוּה צִיּוֹן אֶל בֵּית הָ  
אַלְהָנוּ הַקְּרוּבָם מִכְּבָיאָם הַתְּאָגָם וְהַעֲנָבִים  
וְהַחֲזִיקִים מִכְּבָיאָם גְּרוּגוֹרָת וְצְמוּקִים וְהַשּׂוֹר  
פּוֹלֵךְ לְפָנֵיהֶם וְקַרְנוֹנוֹ מְצֻופָּות זָהָב וְעַטְרָת  
שֶׁל זֹהַת בְּרָאָשׁוֹן הַחֲלִילָן מִכְּחוֹ לְפָנָיהם עַד  
i. e. *Quomodo primi-  
tias*

(a) Cap. III, §. 2. &amp; 3.

80 Obs. III. De Ritu Judaico, cornua victimæ

tias afferebant Hierosolymam? Omnes incolæ civitatum, ad stationem aliquam pertinentium, (erat nempe populus Israeliticus universus in 24 divisus stationes, pro ephemericarum sacerdotialium numero) congregabant se in certa quadam urbe stationis, in qua ubi in plateis, sub dio, pernoctassent, (neque enim ullam domum ingrediebantur, vitandæ sc. pollutionis causa) ad lucis ortum dux catervæ exclamabat: surgite, ascendamus Zionem, ad domum domini Dei nostri! Propinquiores ficus & uvas ferebant recentes, longius vero ab urbe remoti qui habitarent, caricas uvasque passas. Porro BOS ante illos agebatur, CORNVA habens AVRO OBDVCTA, CAPVT SERTO REDIMITVM OLEAGINO, pulsabaturque fistula, donec ad Hierosolymorum urbem prope accessissent. Bos iste sacrificio destinatus erat salutari, cuius pars maxima hilariiter ab iis, qui adduxerant, solebat comedи. V.R.OBAD.de BARTENORA ad illum mischnæ locum commentarium. Ad eundem coronandum frondes adhibebantur oleagineæ, quoniam hoc genus, quo Palæstina admodum dives erat, cum primis nobile atque pulchrum censembaratur, (utpote semper virens, cariem & vetustatem non sentiens, fructumque ferens utillem ac salutarem) adeoque ad decorandum victimæ caput præter cetera idoneum. Jeremias certe oleam a virore suo, pulchritudine fructuque formoso commendat

dat. (b) Quemadmodum gentes etiam alias oleam constat magno habuisse in pretio. Sane enim COLVILLA (c) *Olea*, inquit, *prima omnium arborum est.* Nec minus PLINIVS, solers ille rerum naturalium indagator, oleæ laudes passim deprædicat. Ut taceam illam arborem apud Græcos, præsertim Athenienses, facram fuisse habitat: qua de re infinita extant auctorum veterum testimonia. Accedit hoc etiam, quod pacis olim apud gentes plerasque insigne fuit olea. Illam igitur cum Deum inter atque homines restituere putaretur victima, conveniens huic atque ominosum ex oleæ ramis ornamentum Judæi quæsiverunt.

§. II.

Jam Græcos etiam antiquos *hostiarum cornua inaurare, capita fertis ornare* consuevisse, passim docent scriptores vetustissimi. Ac ut de inaurandi ritu primum dicamus, mentionem ejus ipse injicit HOMERVIS. Sic enim Nestor apud illum, votum Minervæ concipiens: (d)

Τὴν τοι ἐγώ μέζω χρυσὸν κέρασι περιχεύας.

Hanc (bovem) tibi ego sacrificabo, aurum cornibus circumfundens.

F Et

(b) Cap. XI. v. 16. Conf. *Hof.* c. XIV. 7. *Psalm.* LII. 10.  
CXXVIII. 3.

(c) Lib. V. c. 8.

(d) *Odyss.* III. v. 384.

82 Obs. III. De Ritu Judaico, cornua victimæ

Et postea (e), ubi de sacrificio, quod Nestoris parentis iussu filii appararunt, sermo est, narrat poeta, iussisse Nestorem χεισόχοον advocari five aurifidem,

ὅφεα θεὸς χεισὸν κέρατιν περικέν

Ut bovis cornibus aurum circumfunderet.

Quod mandatum exsecutum quoque fuisse aurifidem ibidem legimus. Nam

Γέρεων ἵππηλατα Νέσωε

χεισὸν ἔδωκ', οὐ δὲ ἐτείτα θεὸς κέρατιν περικένευεν  
Ασκησας ἦν ἀγαλμα Θεὰ κεχαροτο ιδύστα

Senex eques Nestor

Aurum dedit : ille vero (aurifex) deinde bovis  
cornibus circumfudit,

Aptans , ut simulacrum Dea Minerva gaude-  
ret videns.

Idem poeta alibi passim βῆς χεισόνεως boves  
celebrat, cornibus præditos inauratis. Attingit  
eandem Græcorum consuetudinem Plato  
quoque, qui sub persona Socratis (f), οἱ  
μὲν , inquit, χεισόνεως βῆς παρακηραμένοι,  
ἔτεροι δὲ αναθήμασι δωρεάμενοι τὰς θεάς.  
Græcorum alii boves inauratis cornibus, alii dona-  
ria Diis offerunt. Nec sine ornatu isto boves  
victimas tradere Hierosolymitanis voluit An-  
tiochus Pius , Syrorum ex gente Græca rex,  
de quo hoc relatum legimus apud Plutar-  
chum (g) : „Cum Hierosolymam obsideret

An-

(e) loc. cit. v. 426.

(f) In *Alcib.* II. p. 315. edit. Ald. a. 1513.

(g) In *apophthegm.* T. Opp. II. p. 184.

„Antiochus, Judæi, ut solennitatem suam ma-  
„ximam (festos tabernaculorum dies) rite ce-  
„lebrare possent, septem dierum inducias po-  
„poscerunt. Non id modo concessit rex, ἀλλὰ  
„ταῦχες χειρόκερως παρασκευασμένος, sed  
„tauros auratis cornibus apparavit, aroma-  
„tumque copiam, & usque ad portas cum  
„pompa deduxit, traditaque ipsorum sacer-  
„dotibus viætima, in castra rediit. Quod mi-  
„rati Judæi statim post exæctos festos dies de-  
„ditionem fecerunt. Istud Antiochi factum  
ipse etiam Josephus collaudavit (h). Adde-  
mus his Athenæi testimonium, qui quo loco  
in describenda pompa Bacchica, auspiciis Pto-  
lemæi Philadelphi, Ægyptiorum regis, Græco-  
rum more instructa, versatur, inter cetera ait:  
μεθ' ἐς ταῦχοι διηλθον διχλιοι, ὄμοιωχεώματοι,  
χειρόκερω, περιμετωπίδας χειρᾶς, καὶ αὐτὶ μέ-  
σον τεφάνας ἔχοντες. Ab his (viris sexcentis,  
citharas pulsantibus) proxime transfere bis mille  
tauri, colore similes, cornibus inauratis, cum aureis  
frontalibus Ἐ in medio capite coronis. Eundem  
Græcorum ritum Romanos quoque adoptas-  
se, ex MACROBIO liquet. Commemorat  
enim hic (i) senatus consultum aliquod, de  
Iudis Apollinaribus primum faciendis, quo  
præceptum fuit decemviris, ut Græco ritu hostiis  
sacrum facerent, Apollini bove aurato, Ἐ capris  
F 2   dua-

(h) *Antiqu. Jud.* I. XIII. c. 6.

(i) *Saturnal.* lib. I. p. m. 256.

84 Obs. III. De Ritu Iudaico, cornua victimæ

duabus albis auratis : Latonæ bove femina aurata.  
Sic & Aeneas apud Virgilium Jovem sic al-  
loquitur (k) :

*Ipse tibi ad tua templa feram solemnia dona,  
Et statuam ante aras aurata fronte juvencum  
Cendentem.*

§. III.

Ceterum moris istius rationem ex ea repe-  
tendam ducimus opinione, qua colendos Deos  
gentes superstitione judicarunt, adeoque &  
muneribus afficiendos eodem modo, ac viros  
principes in mortalium genere. Quemadmo-  
dum igitur omne in id impendi solebat stu-  
dium, ut quæ regibus atque principibus dare-  
ntur dona non interno modo pretio aestimabili-  
lia, sed variis quoque ornamentis externis in-  
structa essent, quo eo apparerent magnificen-  
tiora ; ita in victimis etiam, donis quippe  
numini dicatis, id spectabatur unice, ut non  
modo ipsæ essent lectissimæ, & in suo genere  
præstantissimæ, sed & ornatu quodam exter-  
no superbirent. Jam cum aurum allitum  
splendorem rebus conciliare, magnificientiam  
que multum adaugere semper fuerit credi-  
tum, facile hinc potest intelligi, quare hostia-  
rum cornua auro obduci sueverint.

§. IV.

Neque vero ex auro tantum ornatus vichi-  
mis

(k) *Aen. IX. v. 626.*

mis additus fuit, sed ex *sertis* quoque, capiti circumPLICATIS. Qua de re LVCIANVS te-  
statur, cum (l) ἀλλ' ait, ὅργε θύοντες σεφανώσαν-  
τες τὸ ζῷον cet. Jam vero cum immolant, pri-  
mum *sertis* coronant pecudem. PLUTARCHVS  
item (m) his verbis : Προθύμενοι καὶ πατασέ-  
φοντες ιερεῖα, καὶ πατασπενδοντες. Antequam ora-  
culum petimus, victimas immolamus, coronamus,  
libamus. Ex Romanis OVIDIUS (n) :

*Victima labe carens & præstantissima forma,*  
(Nam placuisse nocet) *vittis insignis & auro,*  
*Siftitur ante aras;*

Omnium vero luculentissime PRUDENTIVS,  
cujus hi sunt versus (o) :

*Huc taurus ingens, fronte torva & hispida,*  
*Sertis revinctus aut per armos floreis,*  
*Aut impeditis cornibus deducitur :*  
*Nec non & auro frons coruscat hostiae.*  
*Setasque fulgor brattealis inficit.*

Quid? quod ipsæ etiam novi fœderis tabulæ  
testimonium nobis de illa consuetudine per-  
hibent. Sane enim in actis apostolicis (p)  
sacerdotem Iovis, qui apud Lystrenses cole-  
batur, Paulo & Barnabæ, quos incolæ loci  
Deos censebant, in terris peregrinantes, *tau-*  
*ros adduxisse legimus & serra, h. e. tauros ser-*

F 3 tis

(l) In libro de *sacrif.* T. Opp. III. p. m. 92.

(m) De *oraculorum defectu*, p. 437.

(n) *Metam.* l. XV. v. 130.

(o) *Periſſeph. hymno X.* v. 1021.

(p) C. XIV. v. 13.

86 Obs. III. De Ritu Judaico, cornua victimæ

tis capita ornatos. Neque vero victimas tantum brutas, sed humanas quoque coronari moris erat. Hinc Polyxena, a Græcis maectata, *σεφηφόρος βές*, vacca coronigera, appellatur LYCOPHRONI, (q) ubi Tzetzes scholiastes: *σεφανοφόρον ἔιπεν, ὅτι ἐσεφάνων, καὶ ἀνθετινὸν ἐπαρττον τὰς θυμένιας, Coronigeram dicit, quia coronabant floribusque conspergabant immolandos.* Loca scriptorum veterum plura, de ritu hoc testantia magno studio congesit CAR. PASCHALIVS. (r) Est circa eum illud adhuc observatu dignum, cuivis victimæ ferta plexa fuisse ex frondibus isti numini, cui immolanda erat, sacris. Ita Bacchi victimæ hedera (hanc nimirum Bacchus in deliciis suis habere credebatur) Cereris quercu, Appollinis lauro fuere coronatae, placuitque in ceteris eandem servare rationem. V. TERTULIANVM de corona militis.

§. V.

Quod si jam hujus etiam instituti rationem requiras, derivandam hanc putem ex eo, quod Deos summos mortalium reges gentes antiquæ censuerunt, nec alia, quam regum sub imagine sibi representarunt. Regibus autem coronæ cum convenient, hinc rem praestari creditum fuit Diis gratam, si in cultu ho-

(q) In *Alexandra* v. 327.

(r) In libro de *coronis* c. 16.

horum solenni regii characteris adhiberentur signa. Quam ob causam simulacula etiam ipsa coronari, sacerdotes coronis redimiti frondeis incedere, imo sceptra etiam solebant gerere, tanquam indicia majestatis regiae manifesta. Sic Chryses, Apollinis sacerdos, ad Græcorum accedens exercitum, *tenuisse manibus* dicitur *coronas Apollinis* (*laureas*), *aureo super sceptro.* (s) Et causam quidem, ob quam coronentur sacra facientes, Sappho apud A-

THE NÆVM (t) his versibus exprimit :

Σύδε σεΦάνοις ὕδη παρθέσθ' ἐπατᾶις Φόβαισι  
Ορπακας αἰνήτῳ συνερράις ἀπαλλαγέις χερσὶ<sup>η</sup> Χερσὶ<sup>η</sup>  
Ευάνθεα γαρ πέλεται καὶ χέρις τε μάκαιρες  
μᾶλλον

Προτέρηνα σεΦανώτοισι δαπυτέεΦονται,

Hic te coronato Ο pulcræ comæ

Anethi ramos injice, teneris ac delicatis ma-

manibus,

Diis enim florida chariora sunt, Ο gratiore:

Eos immortales aversantur, corona qui non

habet.

Addit Athenæus: ως ἐνανθέσερον γαρ καὶ κεχα-  
εισμένον μᾶλλον τοῖς Θεοῖς παρεγγέλλει, σεΦα-  
νίθει ταξι θυσιας. His scilicet declarat, magni-  
ficentius esse magisque Diis placere, corona si re-  
dimitus sit, qui sacris operatur. Pari modo vi-

F 4 Etimæ

(s) Hom. Il. I. 14.

(t) *Deipnosoph.* I. XV. p. 674.

Etimæ quoque gratiore Diis censebantur ,  
coronis si ornatæ essent.

§. VI.

Illud igitur uberiori demonstratione mini-  
me indigere arbitror, ritum coronandi vi-  
ctimas , harumque cornua inaurandi , Judæo-  
s cum Græcis communem habuisse. Nec  
dubium mihi est , propter incredibile illud  
Græcos imitandi studium, quo ductos Judæos,  
sub extremam reipublicæ suæ tempestatem  
fuisse , dissertatione præcedente satis , ut opi-  
nor, declaratum est , non dubito inquam ,  
qui eundem ritum hi ab illis acceperint.  
In divinis certe legibus nullum prorsus eius  
conspici potest vestigium : quod ipsum in-  
dicio est , eum non Dei , sed hominum niti  
institutione. Nec forte fallar , si illud An-  
tiochi factum , quod supra recensuimus , eun-  
dem adscendi primam dedisse statuam oc-  
casionem. A regibus nimirum fibi faventi-  
bus , profanis licet addicti essent sacris , cære-  
monias nonnullas facile ac lubenter mutuo  
sumsisse Judæos , compertum est. Hanc au-  
tem , modo explicatam , eo admisere libentius ,  
quo magis ad pompam , cuius in sacris studio-  
fissima gens Judaica erat , facere ea videba-  
tur. Nec vero absimile , quamvis taceant scri-  
ptores Judaici , eundem ritum non tunc modo ,  
cum primitæ offerentur , sed alias quo-  
que fuisse usurpatum.

OBSER-

OBSERVATIO IV.  
DE  
JACOBO ESAVI FACIEM, VT  
DEI FACIEM, VIDENTE.

*Ad Genes. XXXIII, 10. II.*

§. I.

**I**N eorum, qui verba hæc Jacobi, Esavum alloquentis: *Vidi faciem tuam, quasi videtur faciem elohim* cet. interpretari aggressi sunt, commentationibus duo hæc adhuc desideravi: Vnum est, quod phrasin, *quasi faciem viderem elohim*, adeoque & comparationis rationem, apte satis expositam non vidi atque declaratam; alterum, quod quæ sit harum propositionum: *Vidi faciem tuam ut faciem elohim, accipe ergo munus meum cohærentia, luculenter explicatum non inveni.* Operæ igitur me pretium facturum duxi, si utrumque præstare pro virili instituerem.

§. II.

Est hoc, opinor, cuivis perspicuum, Jacobum verbis hisce: *Vidi faciem tuam* cet. movere Esavum voluisse, ad acceptanda munera eidem oblata. Renuenti enim fratri sic respondet Jacobus: *Noli obsecro, respuere. Si qua apud te gratia valeo, accipias munus meum*

F 5 de

90 Obs. IV. De Jacobo Esavi faciem,

de manu mea , quandoquidem vidi faciem tuam cet. Accipias igitur benedictionem (munus) meam , ad te adductam . Ex qua orationis serie liquido apparet, usum Jacobum esse verbis his : *Vidi faciem tuam , quasi faciem viderem elohīm* , tanquam argumento , quo adduceret fratrem , ut munera destinata ne repudiaret. Oportet igitur , ex usu certe istorum temporum , vim illa habere , ad tale quid impetrandum : id quod inde etiam confirmatur , quod iisdem auditis repugnare Esavus desit. Unde porro id conficitur , *videre faciem elohīm & munera offerre* , connexa tunc fuisse. Ac haud obscure significat Jacobus , hujus faciendi necessitatem quandam sibi incumbere , postquam illud ipsi contigisset. Quæ ratio ut perspici clare possit , investigandum ante omnia erit , quid illud sit : *videre faciem elohīm*.

§. III.

Sensum autem phrasis ista admittit duplīcem , pro duplici vocis שׁׁמֶן significatu. Hæc enim , ut inter omnes constat , vel numen denotat *supremum* , sive id quod *Deum* vocamus , vel *viros principes*. Ponamus jam , significatum hoc loco priorem vocabulo competere , & , quis inde sensus prodeat , videamus. Apud populos , facta numina colentes , ii *Deorum videre faciem dicebantur* , qui vel *Deos* ipsos , sub hominum forma in terris

ris apparentes, conspicerent, vel in simulacra Deorum intuerentur. Persuasum enim illis communiter erat, Deos subinde in hoc terrarum orbe mortalibus sese præbere conspicendos, imo conversationem cum iis minime subterfugere. Priscos cum primis homines consuetudine sua & familiaritate Deos fuisse dignatos, a scriptore non uno traditum est. PAVSANIAS (a) disertis verbis οἱ δὲ, ait, τότε ἀνθρώποι ζένοι καὶ ὄμορφα τελοῖ θεοῖς ἡσάν. ὅποι δικαιούντες καὶ ἐντεβήτας erant prisci homines Dis ipsis hospites & convivæ, pro justitia & pietatis merito. Sed & ad inferioris atatis homines Deos nonnunquam descendere vulgo fuit creditum. Hinc Minervam HOMERVUS γεννῶντες καταβῆσαν, cælitus descendantem prædicat (b). Et de Vulcano VIRGILIVS (c):

Huc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto.

Notissimum quoque est illud Lystrenium, non sine vehementi gaudio exclamantium (d): οἱ θεοὶ οὐοιθέτες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς. Dii humana forma induiti descenderunt ad nos. In terras autem delati non clam hominibus ibi degere, sed præsentiam suam iisdem, signis minime obscuris, declarare censebantur, sub hospitum specie, urbes regionesque varias ingredientes ac peragrantes. Sic HOMERVUS (e):

Kæl

(a) In Arcadicis c. 2. p. 600.

(b) Odyss. XX, 31.

(d) Aet. XIV, II.

(c) Aeneid. VIII, 423.

(e) Odyss. XVII, 485.

92 Obs. IV. De Jacobo Esavifaciem,

Καὶ τε Θεὸς ξένοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι,  
Παντοῖσι τελέθοντες, ἐπιτρέψωφῶσι πόληας,  
Ἄθεώπων ὑβριστέ· καὶ ἐυνομίνην ἐφορῶντες·  
Dii hospitibus similes peregrinis,  
Vt qui omnifarii existant, versantur per civi-  
tates,

Hominum fasque nefasque inspicientes.

Quos Homeri versus D I O D O R U S quoque al-  
legat (f) eo loco, quo de Ägyptiis perhibet,  
quod tradant, quinque illos Deos (Jovem, Vul-  
canum, Cererem, Oceanum, Minervam)  
nunc sacrorum animalium formis induitos, nunc  
in hominum speciem conversos, πάταν τὴν οἰκουμέ-  
νην ἐπιπορέυονται φανταζομένοις τοῖς αὐθεώποις,  
totum orbem peragrare, hominibus apparentes.  
Apollinem quoque ἐπιδημήσαντα, diversantem  
ad Delum insulam, C A L L I M A C H U S cele-  
brat (g). Fuit certe ea vulgi opinio, Deos  
sæpen numero inter homines versari, hisque  
fieri conspicuos. Risere tamen illam sapien-  
tiores, quippe sanius de divina natura senti-  
entes. Succenset his propterea, nescio an  
serio, D I O N Y S I U S Halicarnassus (h), eosque  
αὐθέα queritur αἰτηῆσαι φιλοσοφίας, αἴπατας  
διατύχεντας τὰς ἐπιφανείας τῶν θεῶν, τὰς ταξὲ<sup>ς</sup>  
Ἐλλησιν ή βαεβάγοις γενομένας. Philosophiam  
Deos negantem sectari, omnes apud Gracos &  
Barbaros apparitiones Deorum irridentes.

§. IV.

(f) Bibliothe. Hist. l. I. c. 12.

(g) Hymno in Apoll. v. 13.

(h) Anteque. Rom. l. II. p. 123.

§. IV.

Porro ii quoque *Deos videre*, horumque *faciem contueri* putabantur, qui in fanis ac delubris versantes, oculos suos in Deorum simulacra dirigerent. Eo enim dementiae simpliores processerant, ut signa, imagines ac statuas ipsos censerent Deos. Itaque in templis, ubi constituta esse simulacula solebant, posse se credebant **D E O S C O R A M E T C O M I N V S I N T V E R I**, (verba recitamus ARNOBII) (i) *affari de proximo*, & cum presentibus quodammodo *venerationum colloquia miscere*. Inde est, quod qui templa Deorum adibant, Deos ipsos adire dicerentur. Quo Marcus respicit apud CICERONEM, (k) cum *caute*, inquit, *jubet lex adire ad Deos*, ubi sane adire ad Deos, nihil aliud est, quam templa frequentare. LVCIANVS item (l), quando ἐν ὁφθαλμοῖς τῷ θεῷ, *sub oculis Dei jugulari animal dicit*, quod ante aram maectatur. Deorum nempe statuas vel supra vel juxta altare collocari moris erat. Quocirca Græci, templum Hierosolymitanum profanaturi, in holocaustorum altari imaginem statuere Jovis Olympii (m).

§. V.

Neuto autem sensu veri numinis cultores, quales Abrahamidæ erant adeoque & Jacobus patri-

(i) L.VI. *adv. gentes* p.192. (k) Lib.II. *de legibus* p.m, 125L.

(l) *de Sacrificiis* T. III. p. 92.

(m) 1. Macc. I. 54-59. 2. Macc. VI, 2.

## 94 Obs. IV. De Jacobo Esävi faciem,

patriarcha, phrasin *Deum videre, aut faciem Dei contuieri*, usurpare poterant. Neque enim Deum hi corporeum, aut faciem in eo concipiabant corporalem, quæ humanis cerni possent oculis, (quod absurdum dictu & cogitatu impium AVGVSTINVS prædicat) (n) nec ullum ejus effingebant simulacrum. Longe igitur aliud quid eos cogitasse oportet, quando se videre Deum, aut faciem ejus conspicere affirmarunt. Quod si igitur loca sacri codicis omnia, in quibus ista loquendi ratio obvia est, cum cura quadam inspicias & expendas, facile apparebit, Hebræos tunc Dei aut faciei divinæ sibi tribuisse conspectum, cum vel præsentissimum Dei experirentur ac sentirent auxilium (quomodo ipse Jacobus (o) vidisse se Deum ait, facie ad faciem), vel ad loca accederent talia, in quibus manifesta Deus præsentia, providentia ac benignitatis suæ antea ediderat, aut etiamnum edebat signa. Cujusmodi loca jam tum ante constitutum cultum Leviticum in Palæstina extitere complura, ex quibus aliquot commemorare haud abs re fuerit. Pertinet nempe huc puteus ille, juxta quem Hagari fugienti redditum ad heram fiasit legatus divinus, & qualis ex ea filius nasciturus sit, prænunciavit. Cui puto, prope

(n) In epist. ad Italicam yduam, conf. ejusdem epist. ad Fortunatianum.

(o) Genes. XXXII, 30.

prope Kadesch barneam, in finibus Palæstinæ australibus, sito, ex *Deo providente* nomen idcirco indidit Hagar (p). Hunc locum, providentia divinæ documento quodam præclaro insignem, tantopere postea veneratus est Isaacus, ut cum pius animum cogitationibus pascere vellet, precesque ad Deum fundere, istuc se reciperet (q). Porro regio circa *Bersabam*, urbem in Palæstinæ australibus positam, referri in hunc censum meruit, postquam Hagari, mortem filii ex siti pertimenti, fontem quendam inopinato ibi ostenderat cœlestis nuncius (r). Cujus facti de prospicientia divina luculenter testantis, memoriam secum recolentes Isaacus & Jacobus, non intermisere, cum istic loci commorarentur, rem ibi sacram facere, ut fiduciam, in nomine providentissimo repositam animumque simul gratum, signo quodam externo declararent. Atque hoc ut facerent, illud insuper eos movit, quod ibidem ipsos quoque de tutela sua certos esse Deus per insomnium jussferat (s). Quis etiam est, qui non intelligat, monti istic, in quo filium sacrificare unicum Abrahamus jesus fuerat, locum aliquem hic deberi? Cum enim in eo jam esset Abrahamus, ut cultrum ad jugulum filii adigeret,

acci-

(p) Gen. XVI. 7. sqq.

(q) Gen. XXIV, 62.

(r) Gen. XXI. 14. lqq.

(s) Gen. XXVI, 23, 25, XLVI, 1.

96 Obs. IV. De Jacobo Esavifaciem,

accidit huic divinitus salus insperata , patri gaudium ineffabile , quando aries filii loco ut immolaretur, præceptum fuit (t). Placuit igitur Abrahamo, montem illum *montem* nuncupare , in quo Deus videt , h. e. afflictis proficit , & in extremo periculo constitutis succurrit. Denique nec *Bethelis*, in Palæstinæ meditullio sitæ, prætermittenda hic est mentio , quippe quæ vel cum primis illum honorem sibi vendicat. Contigerat ibi Jacobo, sub dio pernoctanti , mirabilis ista visio , qua fortunæ amplissimæ spem ei Deus ter Optimus fecerat certissimam. Expergefactus igitur patriarcha , & singularem numinis erga se benignitatem agnoscens , non dubitavit locum istum *venerabilem* , imo *domum* appellare *Dei* , ubi singulari quadam ratione præsentiam suam Deus manifestaret (u). Quod si jam in hujusmodi loco , cui conspicua quasi providentia divinæ impressa fuerant vestigia , quis ageret , is Deum ipsum conspicari dicebatur. Aetate posteriori loca talia *tabernaculum* atque *tempium* Hierosolymitanum erant. In his enim , ob signa evidentissima plurima , præfens habitare numen , & qui illa adiret , coram Deo ipso comparere , hujusque videre faciem censebatur , præsertim si adyto , sive spatio sacratissimo , quod præsentia sua omnium

---

(t) Gen. XXII, 2. sqq.

(u) Gen. XXXVII, 11. sqq.

um maxime condecorare Deus putabatur, e re-  
gione confisteret. Sic cum victima quædam,  
aut homo aliquis, in conspectu Jehovæ statui di-  
citur (x), ad locum respicitur, vel tabernacu-  
lo, vel ad templi sacræ, oppositum. Et quan-  
do Hiskias rex visurum se amplius negat Deum  
(y), non fore innuit, ut templum posthac fre-  
quentet. Ardentissimum quoque illud Psal-  
tae votum, quo istud sibi tempus adesse, toti-  
us populi Judaici nomine, optat, quo in con-  
spectu Dei compareat (z), sive, quod idem est,  
*faciem Dei videat*, enixum exprimit desiderium,  
visitandi denuo templum, hostium furore  
destructum. Ad eundem phraseos usum ser-  
vator etiam Optimus collineat, cum felices il-  
los prædicat, qui pura mente sint, esse enim eos  
Deum visuros (a). Quod idem est, ac si di-  
xisset, digniores eos fore corpore tantum lotis  
atque puris, qui ad interiora templi pene-  
trent, & in conspectum Dei proprius admit-  
tantur.

## S. VI.

Jam porro observandum, fuisse hoc He-  
breis vetustissimis consuetudine receptum, ac  
lege quoque singulari postea injunctum, ut  
cum ad loca ejusmodi, qualia modo descrip-  
G simus,

(x) Vid. Levit. I, 3. Num. VIII, 9.

(y) Esaiæ XXXVIII, II.

(z) Psalm. XLII, 3.

(a) Matth. V, 8.

98 Obs. IV. De Jacobo Esævi faciem,

simus, accederent, munus aliquod numini præsenti offerrent. Munus cum dico, sacrificium intelligo, quod muneris, Deo dicati, nomine appellare, non Hebræi tantum sed Græci etiam consueverunt. Apud illos usitatissima sacrificii vocabula sunt מנהרָה & קְרֵבָן, munus & oblationem proprie significantia, Græci δῶρον, inter cetera, dixerunt. PLATO (b) : ἐγενέτο Θύειν δῶροφορεῖσθαι εἰς τοὺς Θεοὺς; sacrificare nonne est munera Diis offerre? Et SVIDAS (c), varia sacrificiorum genera recensens, in his δῶροφορεῖσθαι quoque ponit, h. e. illud, quo dñnum aliquod Deo offertur. Consuetudinem, quam diximus, Isaacus & Jacobus observarunt, quando Bersabæ & Betheli viætimas Deo obtulerunt (d). Legem, officium istud ab hominibus postulantem, his verbis Deus expressit (e) : לֹא יַרְאֶנּוּ רִקְבָּן, facies mea ne conspicitor vacue, h. e. tabernaculum, vel templum, vacuis manibus, sine oblatione quapiam, ingredi nemo audeat. Cujus legis rationes minime asperandas solertissimus philologus, Jo. CLERICVS, in medium attulit (f). Iстius igitur edicti vi, vel viætimas, vel munus farreum, una cum oleo atque vino, vel

(b) In Euthyphrone, sub finem, p. 8, edit. Ald. a. 1513.

(c) Voce θυσία T. II. p. 215.

(d) Gen. XXVI, 23, 25. XXXV, 7. XLVI, 1.

(e) Ex. XXIII, 15. XXXIV, 20. Deut. XVI, 16.

(f) In Commentarij, in Ex. XXIII, 15.

argenti denique aliquid, in usum sacri ædificii, cultus divini publici, vel pauperum, offerre eos oportebat, qui templum intrarent. Victimæ quidem munusque farreum fatendum est, postulata semper ab iis non fuisse, qui loca illa sacra adirent frequentius; (nimis enim hoc molestum, atque sumtuosum, Hierosolymorum accidisset incolis, quorum multi in templo comparebant quotidie) ut tamen negligi lex ne videretur, sanctum fuerat, ut diebus singulis, mane ac vesperi, pro populo Israelitico universo, sacrificium, quod vocatur, juge fieret. Ex quo proinde Israelitæ singuli utilitatem capiebant hanc, ut non semper, quotiescumque templum visitare liberet, in sacrificia oblationesque impensas facere cogarentur. Hoc tamen non obstante, raro quis sine nummo aliquo, quantilibet pretii, quem in gazophylacium immitteret sacrum, vel egeno cuidam daret, forte occurrenti, ad templum accedebat. Præterea in solennitatibus tribus anniversariis, festis puta paschatos, pentecostes & tabernaculorum, ab omnibus, qui ex legis præscripto in templo se sistebant (g) masculis, ut oblationem aliquam secum afferrent, requirebatur.

(g) Hunc actum **רִאֵיָה** visionem, sc. apparitionem coram Deo, Judæi appellarunt, multaque de eo præcepunt in codice Talmud. *Chagigah*.

## §. VII.

Apparet igitur, duo haec, *videre faciem Dei*,  
*& munus aliquod offerre*, ita olim connexa apud  
 Hebraeos fuisse, ut illud sine hoc fieri neque  
 consuetudo neque lex permiserit. Quod si  
 cogites, via jam patebit apertissima mentem  
 Jacobi, fratrem instanter rogantis, ut, quoni-  
 am faciem ipsius, ut Dei faciem, vidisset, mu-  
 nus oblatum accipere ne recusaret, perspici-  
 endi. Ac videbitur quidem Jacobus Esavum  
 in hunc sensum alloqui : „Noli mirari, frater,  
 „quod munera ad te miserim. Hoc enim ut  
 „facerem, mei esse duxi officii, postquam  
 „sperare potui, fore, ut in tuum mox veni-  
 „am conspectum. Meus nempe ad te acces-  
 „sus talis mihi visus est, ac si ad Deum ipsum,  
 „( locum, in quo Deus habitat) accessurus es-  
 „sem. Quemadmodum igitur nefas est ho-  
 „mini, nullum munus afferenti, coram Deo  
 „comparere, ita nec mihi licere existimavi,  
 „ut te sine munere quodam salutarem. Fac  
 „igitur, quæso, accipiendo oblationem, animi  
 „tibi plane devoti tesseram, ut officio meo ne  
 „defuisse videar.

## §. VIII.

Atque haec quidem sententia loci erit, si  
 פָנִי אֶחָד faciem interpreteris Dei. Inter-  
 pretes alii, iidemque haud incelebres, beni-  
 gnitatis, qua ab Esavo exceptus Jacobus fuerit,  
 in verbis illis rationem haberi opinantur, ut  
 sen-

sensus sit: vultum tuum æque blandum, amicum & benignum expertus sum, ac vultum Dei. Pro qua expositione confirmanda Jo. Clericus hæc Hesiodi allegat (h):

*Ερχόμενον δὲ αὐτὰ ἄσυ (i) θεὸν ως ἵλασκοντας,  
Αἰδαῖς μειλιχίη.*

*Venientem in urbem regem, quasi Deum, venerantur, reverentia blanda.* Præterquam vero, quod ratio hæc ad petitionem Jacobi minus bene quadrat, interpretationi huic illud etiam magnopere obstat, quod ipsius Dei aspectum non blandum, sed terribilem prisci Hebræi imaginati sunt, adeo, ut cum mortis periculo conjunctum crediderint (k). Nec juvare eandem potest iste Hesiodi locus. In hoc enim non tam facies hominis cum facie Dei, quam persona regis universim cum Deo aliquo, & reverentia, qua exceptus fuit rex, cum illa,

G 3      quam

(h) *Theogon. v. 91, 92.*

(i) Annotavit scholiorum auctor fol. 125. edit. Venet. 1537.

legi in exemplaribus nonnullis *αὐτὸν αἴγανα, in locum certamenis, s. stadium:* quam lectionem vulgatae non immerito præfert Jo. Grævius, in left. Hesiod. ad h. l. Antiquissimis enim regibus tum præcipue honores tribucabantur divini, cum in concionem ad ludos & spectacula venirent. Solent autem Græci, non solum *certamen* ipsum, sed locum etiam, in quo illud agitur, *αἴγανα* appellare: quemadmodum *δρόμος* non tantum *currendi actum, s. cursum, sed locum etiam, ubi curritur, sive stadium designat: θέα spectaculum, & spectaculi locum.*

(k) *Jud. XIII, 22. Conf. Ex. XXXIII, 20. I. Tim. VI, 16.*

quam erga Deum testari soleant homines, comparat. Nec magis audiendos illos esse censeo, qui sensum verborum: *Vidi faciem tuam, ut faciem Dei*, hunc esse putant: *non minus veritus sum in conspectum tuum venire, quam reverer oculos in angeli faciem attollere, trepidus ad te accessi* (1). Sane enim contextui explicatio ista minus congruit. Ut taceam, per ~~אֵלֹהִים~~ rarius, si modo unquam, *angelum s. genium indicari cœlestem*. Ceterum, si quis nostram contra interpretationem illud forte moneat, quod adulacionis nimia reus ex ea postulandus Jacobus sit, is meminerit, virum optimum atque prudentissimum, in summa tunc versantem angustia, omnia ea arripienda sibi judicasse, quæ apta viderentur, ad animum fratris ferocis iratum, deliniendum: id quod sine blanditiis liberalioribus effici vix posse, idem facile intelligebat.

## §. IX.

Supereft tamen, ne quid dissimulem, ratio etiam alia, quam si ingrediaris, minus forte erit, quod offendere quempiam possit. Repetendum scilicet ex superioribus est, voce ~~אֵלֹהִים~~ non *Deum* modo, sed *viros* etiam notari *principes*. Est enim vis vocabuli hujus tanta, ut quicquid inter naturas intelligentes ex-

(1) Ita Clericus παραθεάτης, cui & sensus hicce omnium maxime placere videtur.

excellens est, magna que præditum potestate, signari illo possit. Solet v. idem rerum omnium conditori κατ' ἔξοχην tribui. Quomodo Graci suo οὐεῖττον, οὐεῖττον (quæ vox, potiores, præstantes, potentes proprie significat), tum ad homines dignitate eminentes, tum ad Deos designandos uti consueverunt. Vsum quidem vocis posteriorem in dubium vocare videtur STEPHANVS (m), præter rationem tamen cum exempla ejus apud auctores extent longe plurima, ex quibus aliqua afferre haud pigebit; dignum enim opera hac vocabulum est, quo nullum facile reperiri potest aptius, ad genuinum Hebr. בְּנֵי נַעֲמָן significatum exprimendum. Sic PLUTARCHO (n) Olympias οὐεῖττον συνθέτα dicitur, quæ cum Jove ipso rem habere putabatur. LVCIANS (o): πῶς οἱ οὐεῖττοι ἐχθροὶ περὶ τόπο, ubi perperam interpres; quo pacto illi, qui potiores habentur circa hanc se gerant. Vertere enim debuerat: quo pacto Dii cet. cum inferius iidem, qui οὐεῖττοι hic dicuntur, Θεοὶ audiant. Idem in epistolis Saturnal. observante Lamb. Bos (p): ἐδεξάντο ὡς τινὲς τῶν οὐεῖττον, ut Deorum quempiam exceperunt. PHILOSTRATO (q) quoque τὸ οὐεῖττον Dii sunt, uti ex contextu ma-

G 4 nife-

(m) In Thesauro L. Gr. T. II. p. 415.

(n) In vita Alexandri T. I. p. 565.

(o) In Charidemo T. IV. p. 500.

(p) In animadvers. ad scriptores quosdam Gracos, p. 67.

(q) In vita Apollon. p. 233. edit. Olear.

nifestum est. HESYCHIUS: οὐέπτοντες καὶ οἱ θεοὶ, sc. λέγονται οὐέπτοντες Dii etiam dicuntur. Verum hæc ὡς εἰ παρόδω: ad nostrum נְאַלְיָה revertamur. Hoç si principem vel magna dignationis virum h. l. indicare statuas, hæc Jacobi erit sententia: „Te frater, dum video, in vi- „ri alicujus principis (qualis censeri Esavus haud immerito poterat, cum regionis sic satis amplæ, ab ipso subiectæ, dominus, iisque esset opibus, ut milites 400 posset educere) ad- „missus mihi videor conspectum. Mearum „igitur esse intelligo partium, ut munera tibi „offeram, quæ, oro, accipere ne dedigneris. Quænam autem hæc inter sit connexio, ei qui- dem perspicuum erit, qui cogitaverit, fuisse olim hanc populorum, ad solem orientem habitantium, consuetudinem, nunquam uti ad reges hominesque alios, in aliquo hono- rum fastigio constitutos, sine muneribus ac- cesserint. Proditum memoriae ab AELIANO (r) est, apud Persas cum primis sollicito id fu-isse observatum. Νόμος, ait ille, οὗτος περσικὸς ἐν τοῖς μάλισται ὑπ' αὐτῶν Φυλαττόμενος, ὅταν εἴσ Πέρσας ἐλάνη Βασίλευς, πάντες αὐτῷ πέρσαι να- τα τὴν ἐαυτῷ δύναμιν ἔκαστος προσκομίζει, ἀτε δῆ ὄντες ἐν γεωργίᾳ, καὶ περὶ γῆν πονημένοι, καὶ αὐτεργοὶ πεφυκότες, ψέψεν τῶν ιβρισμένων, ψέψεν τῶν σύγου πολυτελῶν προσφέροσιν, αλλ' οὐ βέσ, οὐδὲς, οὐ δῆ στίτον, καὶ οἶνον ἄλλοι. παρεξίοντι δ' αὐτῷ

(r) Var. hist. l. l. c. 31.

αὐτῷ καὶ παρελάμνοντι, θαύται ὑπὸ ἐπάσχε πέρι-  
κειται, καὶ ονουδίζεται δῶρα, καὶ δονεῖ τάχι. Οἱ  
δὲ ἔτι τάχων ἐνδέεσσει τὸν Βίον καὶ γάλα, καὶ  
Φ. λικας αὐτῷ καὶ Τυρεὸν προσφέρεστι, καὶ τρώκτα  
ώξαια, καὶ ταῖς ἄλλας ἀπαρχας τῶν ἐπιχωείων.  
Legem habent Persæ, quaæ una ex omnibus obser-  
vantissime ab illis colitur. Cum iter rex in Persis  
facit, omnes ei Persæ, singuli pro facultatibus, mu-  
nera offerunt. Nam qui agriculturæ dediti sunt,  
ἢ terræ colendæ operam nayant, ἢ qui sua manu  
laborant opifices, neque nimis attrita ἢ vilia, ne-  
que nimis pretiosa ἢ magnifica donant, sed aut  
boves, aut oves: nonnulli etiam frumentum, sive  
vinum. Præterequitant autem ipsi hæc a singulis  
apponuntur, ἢ munerum nomine vocantur, qua ap-  
pellatione etiam ipse recipit. Qui vero sunt his  
pauperiores, lac, palmas ἢ caseum ferunt, matu-  
raque bellaria, ἢ alias primitias fructuum, qui in  
regione nascuntur. Atque istam quidem legem  
quanta cum cura servare Persæ soliti sint,  
vel ex Sinætæ cujusdam, hominis Persæ, ex-  
emplo constare potest. Hic enim homo, pro-  
uti idem Aelianus (s) narrat, cum forte fortu-  
na regi suo, Artaxerxi Mnemoni, procul a tu-  
gurio suo obviam factus esset, & quod offer-  
ret non haberet, metu legis regisque vere-  
cundia se ipsum crucians, molesteque pati-  
ens, se ab aliis Persis officio superari, neque  
committere volens, ut ipse solus donis non

G 5

fe-

(s) l.c. c 32.

ferendis infamis esset, ad præterfluentem proxime fluvium, Cyrum, summa celeritate accurrit, haustamque inde, utraque vola, aquam ad regem afferens, ita hunc alloquutus est : *O rex ! regnes in aeternum* (Conf. cum hac salutandi formula eam, quia Dan. II, 4. magi utuntur). *Nunc ego, prout possum, & quomodo possum, munere te dono, ut non indonatus, quantum ad me attinet, & quantum in me est, prætereas.* Honoro autem te Cyri aquis. Quod si ad stationem tuam veneris, ego domo mea, quantum meæ facultates patientur, pretiosissima & optima ferens, te honorabo : & forsitan haud cedam cuiquam illorum, qui nunc te muneribus venerantur & excipiunt. Rex, ea re admodum delectatus, gratio animo munus se accipere professus est, & in pretiosissimis numerare; primum, quoniam aqua rerum omnium sit optima, deinde, quoniam Cyri nomen præ se ferat. Jussit ergo eunuchos, ut munus acciperent, diversorumque ingressus misit homini, pro compensando munere, optima voluntate oblato, stolaam Persicam, & phialam auream, atque milie Daricos. Existimandum vero non est, illam consuetudinem legemque Persis fuisse propriam, sed fuit idem mos nationum quoque aliarum, sub illo cœlo degentium. Et quis est, qui nesciat, hodienum inter illas gentes non facile accessum patere ad imperatores, reges, principes summosque viros alios,

fine

fine muneribus, atque, nisi hæc intercedant, negocia fere nulla in aulis illorum posse confici.

§. X.

Ex his igitur clarum esse arbitror, quænam vis insit argumento illi : *quandoquidem vidi cet. quo fratrem ad dona accipienda adducere Jacobus satagit, si vocem אל־דָּיוֹם principem veritas ; quod Onkelosum etiam fecisse video, quippe qui per רב־בְּרִיאָה transtulit. Verbum וּרְצָנָן, quod additur, exponi potest vel ita, ut votum illud exprimat, quo munera oblata non contemni Jacobus optet, h. m. benevolen- liam tuam mihi ostendas, acceptando sc. munus; vel ita, ut rei jam tum factæ sit significatio, (quod consuetius est in ejusmodi vocis habitu) atque hoc velit patriarcha dicere : Pra- terea gratiosum te mihi praestitisti, placatum te וְ benignum, prater omnem spem, expertus sum. Quo ipso aliud etiam obligationis suæ momentum Jacobus subbindicavit, quo ad munera fratri exhibenda adstringatur.*

§. X.

Tandem illud quoque consideratione aliqua non indignum videtur, quod dona Esa- vo oblata בְּרַכְתֽוֹ benedictionem suam (ita vul- go vertunt) Jacobus vocat, cum ait : קְח־ נָא אֶת בְּרַכְתִּי אֲשֶׁר הִכְתַּת לְ Accipe, obsecro, be- nedictionem meam, quæ adducta ad te est. Vi- deri

deri quidem poterat vocabulo בָּרֶכֶת <sup>affuentia</sup> hic designari, sive aliquid ex illa facultatum copia, qna Iacobum Deus ditaverat. Quemadmodum pecuniam copiosam, in pauperum subsidium collectam, εὐλογίαν dicit apostolus.

(t) Putem tamen, posse illud hoc loco magis commode de re tali accipi, *qua testatum quis facit, agnoscere se alterum superiorem atque dominum suum.* Atqui hoc muneribus testari solebant orientales, quorum quippe moribus, inferioris conditionis homines dona dabant superioribus, pro animi subiecti & obsequii tessera. In quam sententiam ideo me duci patior, quod verbum בָּרֶךְ, ex quo nomen istud ductum, non modo benedicere est, sed & superiorem aliquem agnoscere atque pradicare: quod & sagacissimo interpreti Judæo, R. Isaac Abasbaneli, obseruatum esse memini.

(u) Quando igitur benedictionis suæ acceptiōnem ab Esavo Iacobus flagitavit, petuisse ab eo censeri potest, ut munus exhibitum, reverentiæ ipsi debita signum, acceptare ne recusaret.

(t) 2. Cor. IX, 5. 6.

(u) In פִּרְשׁוֹת הַתּוֹرָה sc. *commentario in legem*, f. 78.  
col. 2.

199  
OBSER-

OBSERVATIO V.

DE

PALO CARNI PAVLI DATO.

Ad 2. Cor. XII, 7.

PRÆLOQVIVM.

**A**nus nunc agitur quartus, ex quo disquisitionem hanc primum involvavi. Inseruit eam non longe post Bibliothecæ hist. philol. theol. que Bremæ colligitur & in publicum prodit, Cl. VI. fascic. IV. Vir max. Rev. atque Celeberr. Theod. HASÆVS, mancam tamen atque multilam, prouti quidem acceperat. Miserat enim ad ipsum amicus quidam, qui dum manu sua eam describeret, haud pauca, quæ non adeo necessaria visa fuerant, animo quidem, ut cognovimus, minime malo, omiserat nonnulla etiam de suis adjecerat. Effectum interim illa prætermissione fuerat, ut biulca admodum videretur dissertatione. Cum igitur, propter exemplorum, apud nos excusorum, paucitatem, talis

talis, qualem ipse edideram, amplius non extaret, aut in paucorum saltem esset manibus, hortati me subinde sunt fautores & amici quidam, quibus non indigna plane visa erat conjectura ista mea, quæ ad plurimum veniret notitiam, ut formis denuo describendam darem commen-tationem, expositamque in ea sententiam accessionibus nonnullis magis simul illu-strarem. Cui quidem desiderio satisfa-ciendum bac occasione duxi, ita tamen, ut nostri loco commentarii doctissimas sub-jicerem ven. HAS ÆI annotationes, qui-bus opinionem ille nostram illuminare di-gnatus est, atque confirmare: id quod pa-ce amicissimi viri facturum me esse con-fussum. Porro mentio hoc loco præter-mittenda non est observationis, ut voca-tur, novæ, quam de angelo Satan, co-laphizante Paulum, in Biblioth. Brem. Cl. VII, fascic. III, proposuit doct. Petrus von SARN. In ea auctor sententiam meam suo, primo gustu, non amaram fuisse palato, profiteretur. Post quam vero istum Pauli locum, attenta magis mente, ru-minasset, ansam se sumfisse ait suspi-candi, eum forte de LICTORE ROMA-

NO,

NO, Paulum flagellante, meliori, quam  
de JVDAICÆ SYNAGOGÆ MINI-  
STRO, intelligi jure. De eo igitur, quod  
totius rei caput est, inter nos convenit,  
respicere Paulum ad flagellationis pœ-  
nam. Id solum ostendere conatus est SAR-  
NIUS, per Satanæ angelum lictorem po-  
tius Romanum designari, quam Judai-  
cum. Sed conatus est, re ipsa id non  
præstitit. Rationes enim affert prorsus nul-  
las, quæ ipsius opinionem majori nisi ve-  
ri specie, quam nostram, evincere va-  
leant.

## §. I. (a)

**Q**VAM ecclesiam Corinthi summa cum  
cura fundaverat Paulus, eam pseudo-  
postolorū vanitate postea corrumpi non  
fine

THEODORI HASAEI  
ANNOTATIONES.

- (a) Qui aliorum de hoc loco, interpretum  
cruce, opiniones cognoscere avet, eum ab-  
legatum volo, præter interpretes, ad H.  
Witsii Melet. Lugd. p. 45. J. d' Espagne, in  
Schibb. c. 48. D. Heinssi Exercit. in N. T.

p.m.

sine impenso dolore idem intellexit. Suo etiam exemplo comprobaverant Corinthii, quam sint proni hominum animi ad veritatem deserendam, si quo fuso ornentur ea, quæ ab illa longe sunt remota. Nulli pepercerant operæ homines ventosi, ut Corinthios a fidelissimis Pauli præceptis alienarent, suaque placita illis obtruderent, quæ a vero tanto aberrant longius, quanto in auctoribus minus erat cum perspicaciæ tum integratatis, quam in Paulo. Cum igitur in aberrationis periculum istum gregem adductum vidisset apostolorum optimus, nihil eorum prætermisit, quæ quidem

ad

## THEODORI HASÆI

p. m. 413. *Borremansi* L. de poet. & prophet. p. 84. sqq. *Tillemontii* Mem. Eccles. T. I. p. 555. sqq. *Lamb.* *Bos* Observ. Misc. p. 104. *Al. Mori* notas ad loca N. T. p. 373. *Jo. Croji* notas in N. T. c. 34. *G. Saldeni* Otia Theol. L. I. ex. 9. int. *J. C. Suiceri* Thes. eccles. in voce κολαφίσιν & σύλοψ. *J. Hoornbeckii* Misc. S. L. III. c. 9. *J. Cameronis* Myroth. *Obl. spont.* Berolin. T. II. p. 868. sq. *G. Wedelii* Ex. med. dec. VII. c. 5. *J. Marchii* Exerc. Bibl. ex. 42. *G. C. Heideggeri*

ad eum in viam reducendum pertinere videbantur. Quod ut perficeret, postriorem Corinthiis misit epistolam, qua omni studio id egit, ut, quæ falsa dogmata eorum animis instillaverant apostolici nominis usurpatores, ea refelleret. Et cum generis illi, qua fulgerent, dignitatem & in rem christianam merita, quo facilius imponerent imprudentibus, valdopere jactassent, ostendit Paulus, se, siquidem istis ex rebus gloria captanda sit, non minorem, si non maiorem, gloriandi habere causam. Multa præterea & dura evangelii causa se perpeccum confirmat, indultas quoque

H fibi

## ANNOTATIONES.

*deggeri Recr. sacr. p. 108-152.* singularibus separatisque editis dissertationibus hunc locum illustrarunt *Seb. Kirchmaierus*, Wittib. 1684. (quæ & in Tomo II. Thes. dissert. Amstel. p. 596. recusa extat) *Wilh. Zeschius*, Jenæ 1681. 4. *Christ. Heinius* Wittib. 1697. 4. *Petrus Santvoort*, ecclef. Medioburgensis Minister, Lugd. Bat. 1706. 4. *Gust. Ge. Zeltnerus*, Altdorfii 1707. 4. & qui omnium prolixissime, atque erudite hunc locum tractavit *Ge. Vechnerus* in libro, cui

titu-

sibi fuisse revelationes plane singulares, quibus fieri posset, ut superbiret animus, nisi essent, quæ quo minus id accideret, impedirent. τῇ ὑπερβολῇ, inquit, τῷ ἀποκαλύψεων οὐα μὴ υπερσάμαται, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῆς σαρκὸς, ἄγγελος σατανᾶ, οὐα μὲν πολαρίδη, οὐα μὴ υπερσάμαται. *Vt revelationum excellentia elatus ne siam, datus est mihi palus carni, angelus Satanae, ut colaphis me cedat, ne supra modum efferar.* (\*) Quibus verbis apostolum ad pœnæ aliquod genus, Ju-dæis usitatissimum, quod ipsi etiam, contra ius fasque, quinquies (\*\*) perpetendum fuerat, alludere opinamur.

## §.II.

(\*) 2. Cor. XII, 7.

(\*\*) 2. Cor. XI, 24.

## THEODORI HASÆI

titulus : Σκόλοψ, seu palus Pauli, ad 2. Cor. XII, 7. ex allusione ḡ vocis Chaldaica קְרֵב, qua stimulus alias vocatur, significacione ostensus: cui subjecta est de sinu Abrahæ disquisitio, 1678. 8. Mihi omnium sententiarum, quas legi, illa Cl. LAKEMACHERI reliquis visa est palmam præripuisse, quamobrem nonnulla, quae illi illuminandæ, ac confirmandæ inservire posse credo, adjiciam.

## §. II.

Nempe si quid delictum esset ab aliquo, quod mortem quidem non merebatur, animadversione tamen graviori dignum censembaratur, flagris eum cædi moris erat. Quod ut rite fieret, manus rei columnæ, (b) seu palo terræ infi-

H 2 xo,

## ANNOTATIONES.

- (b) Columna tali fere etiamnum utuntur Ju-dæi in flagellationibus suis. Id disco ex libro commemorabili Vrielis a Costa, Ju-dæi, exemplar vite humanæ dicto, quem editit, siveque de verit. relig. Christ. collationi adjecit Phil. Limborchius. In eo p. 350. ita queritur. *Peraæta lectioñe descendit a sug-ges̄tu, & accessit ad me sacratissimus Praeses, su-furrans mihi in aurem, ut diverterem ad an-gulum quandam synagogæ. Contuli me ad an-gulum, & dixit mihi janitor, ut me nudarem. Nudavi corpus ad cincturam usque, linteum ca-piti subligavi, calceos deposui & bracchia erexi, manibus tenens quandam quasi COLVMNAM. Accessit janitor ille, & manus meas ad COLV-MNAM illam fascia quadam colligavit. His ita peractis, accessit præcentor, & accepto corio percussit latera mea triginta & novem percus-sionibus, sec. traditionem, cet. Festivius flagel-lationis genus Judæis tribuit Jo. Pfefferkorn famo-*

xo, alligabantur utrinque, ita ut carnem seu corpus incurvum attingeret palus, & huic quasi affixus videretur, dum medio corpore inclinatus in palum incumberet flagellandus. Didicisse vi-  
den-

## THEODORI HASÆI

famosus ille ex Judæo, saltem nomine Christianus, in libello, quem inscripsit de *Judaica confessione, sive sabbatho afflictionis*, edito Colon. 1508. in 4. Hic cum paucissimis fit visus, remque aliis non memoratam, quod scio, non narret solum, sed & figura lepida exhibeat, posteaquam de eorum expiacione per gallum mactatum in die magno pœnitentiæ egerat, exscribam ex eo sequentia : *Si quis autem se a peccatis non mundatum satis aut expiatum satis putaret, is cum vicinis vel proximis suis ingreditur synagogam, procumbit in genua, capite in terram prone demisso, sublevat, qui adstat, illi vestes ad nates usque a tergo, verberat eum cum corrigia seu cingulo, aut alio hujusmodi flagro ad iecus usque XXXIX super clinibus, tanquam si aliquod residuum in eo homine peccatum est, ita abigatur, expellatur, O abeat per posteriorem corporis partem obscenam ; tum totus mundus est, O ab omni peccatorum forde purus Simile, aliquid de Philosopho Cynico narrat Lu-*  
cia-

dentur Judæi hunc morem a Romanis,  
(c) apud quos ad palum alligari solebant  
suppicio traditi, cum ante supplicium  
ipsum verberandi essent. (\*) Consta-  
H 3 tutus

(\*) Vid. Cicer. in Verrem. I. V. c 5.

ANNOTATIONES.

cianus in diat. de morte peregrini, T. II. p. 570.  
Quis hic non meminerit illius sapientissimi  
Regum dicti Prov. XXVI, 3. *Scutica equo,*  
*frenum asino, & virga in tergo fultorum!*  
(c) Vide loca quæ in hanc rem ex Artemido-  
ro, Plauto, Eusebio attulit J. Lipsius de cru-  
ce L. II. c. 4. Addo his Gellium l. X. c. 3.  
*PALVS in foro destitutus est, vestimenta de-*  
*tracta sunt, virgis cæsus est.* Vbi notandum  
tamen est, non pronos columnæ superim-  
positos apud Romanos hoc supplicium pas-  
furos, sed rectos columnæ alligatos, eum in  
morem, qui etiamnum viget. Christum  
quoque, cum tergum verberantibus præ-  
beret, columnæ fuisse affixum unanimis fe-  
re Patrum fuit sententia, quod ii, qui ejus  
passionum historiam commentariis suis il-  
lustrarunt, luculenter ostenderunt. Et quis  
nescit, eam etiamnum Romæ in æde Pra-  
xedis Martyris ostendi. Quod si Jer. Dre-  
xelio fides, illa columna talis fuit, quam  
ex codice Maccoth Judæis usitatam fuisse  
legi-

tutus post reum erat in lapide altiori חוץ הכנסת minister synagogæ, alio nomine שלוּחַ בֵּית דָין vel angelus seu legatus ecclesiæ, vel & legatus judicum vocatus, qui plagas tredecim infligeret reo, flagro tribus loris distincto, ut plagæ singulæ simul sumtæ essent trinqua novem.

## §. III.

Plenius hæc intelligentur ex hisce Mischnæ verbis, (\*) quibus pœnæ apparatus omnis luculenter describitur: כיצד מלךן אוות? כופת שתי ידין על העמו רילך זהירך וחוזן וככנתה אווחז בבגוויז אט נקרשו נקרשו ואט נפרמו נפרמו עד שהויא מגלה את לבו ורואבן נתונה מאתרו וחוץ הכנסת עומר עליו ורצעה טלית עגל בירוי כפלה אחר לשבעת ושנים לארבעה ושטר רצעות שלות יורדות בה יודה טפח ורוחבה טפח וראשו מגעת על

(\*) In Maccoth, s. codice de plagiis c. III. §. 12. 13. 14.

## THEODORI HASÆI

legimus. Adscribam ejus verba, quod ritus illius imaginem tibi quasi ob oculos ponat. Sic ille p. II. c. III. del. gen. humani: Romano ritu funibus adstringebatur ad BIPE-DALEM COLVMNAM, quæ ad viri stantis umbilicum duntaxat pertingebat, ut tam pectus, quam

על פי פיסטו ומבה ארצו שליש לפניו ושתי  
ירות מלאחריו ואינו מכח אותו לא עמוד ולא  
יושב אלא מותה שנאמר והפילו השופט והמכה  
מכח בידו אחת בכל כחו. והקורה קורא אם  
לא תשמור לעשיותו ונז' זהirlingה את מכוחך  
ויאת מכחות גנו וחוchar לתחילה והמקרה ושמרתם  
את דברי הברית והאת גנו וחומרם וחוזה  
חומר יכפר עין גנו וחוchar להזהות המקרים:

*Quomodo flagellant illum? Alligat aliquis  
duas manus ejus columnæ (PALO in ter-  
ram defixo) ab utroque latere: quo facto  
minister synagogæ (ANGELVS ecclesiæ  
vel judicum) prebendit eius vestes, nihil  
moratus, sive rumpantur illæ sive dissol-  
vantur, donec peccatum ejus denudaverit.  
Pone illum lapis positus, in quo minister sy-  
nagogæ consistit, habens in manu sua lorum  
vitulinum duplicatum, cuius plica una in  
duas abit, duas in quatuor. Duo autem lo-  
ra ascendunt & descendunt in eo (laxari*

H 4 pos-

#### ANNOTATIONES.

quam tergum rei verberibus undique pateret,  
In brevioris hujus columnæ summo ferreus an-  
nulus immisus accipiebat funes, quibus flagel-  
lando corpus vinciebatur. Jam observatum  
id est in martyrum suppliciis. Sic legitur  
in Martyrol. Adonis ad XVI. kal. Jun. Cum  
vir

possunt & contrahi). Manubrium palmilonitudinem habet, ipsum quoque lorum latum est palmum, tam vero longum, ut extremitas ejus ad umbilicum pertingat. Tertium plagarum partem antrorsum, duas vero reliquias retrorsum ei infligit. Neque vero erectum flagellat aut sedentem, sed inclinatum, secundum illud: (\*) ET PROSTERNET EVM JVDEX. Cæders una manu cedit, quantis potest viribus. Interim præco hæc verba recitat: (\*\*) SI NON CVRAVERIS FACERE cet. MIRABILES FACIET DEVS PLAGAS TVAS cet. quam pericopam idem repetit. Porro: ET OBSERVABIS VERBA FOEDERIS HVIVS. (\*\*\*) Claudit tandem verbis: (\*\*\*\*) ILLE

(\*) Deut. XXV, 2.

(\*\*) Deut. XXVIII, 58. 59.

(\*\*\*) Deut. XXIX, 9.

(\*\*\*\*) Psalm, LXXVIII, 38.

## THEODORI HASÆI

*vir beatus* (loquitur autem de Torpete) immobilis permaneret, fecit eum Satellicus alapis cedi, & LIGATVM AD COLVMNAM tamdiu verberibus affici, quousque sanguis guttatum de corpore ipsius deflueret. Fortassis plura de hac re occurrit in Jo. Hilpertii, & Jo. Jac.

ILLE VERG MISERICORS EXPIABIT  
PECCATVM; quæ itidem repetit. Qui-  
bus plane consentanea sunt, quæ Mai-  
monides habet, (\*) nisi quod explica-  
tius hic nonnulla dicat; v. c. nudum o-  
portere cædi, nec vestimentis tectum,  
quia præcipiat lex: (\*\*) *Cedat illum,*  
adeoque non vestimentum ejus. Lora  
duo, quæ ascendisse & descendisse Misch-  
na dicit, ex corio esse asinino. Afla-  
grifero requiri omnino, ut intelligens  
sit, non item ut robore magnopere  
olleat.

## §. I V.

Hoc igitur supplicium aptissimam a-  
postolo præbuit imaginem, sub qua ad-  
versitates, cum quibus conflictandum

H 5 ipfi

(\*) In *Sanhedrin* c. XVI.

(\*\*) Deut. XXV, 2.

## ANNOTATIONES.

Jac. Seyppelii Noribergensis, de *Judaorum flagellandi ritibus* dissertationibus, quarum illius Helmstadii, a. 1652, 4, hujus autem, non minus ac altera de *Ritu flagellandi apud Romanos*, Vitebergæ Saxonum, anno 1668. in 4. excusæ sunt. Consulat illas, qui po-  
test.

ipſi effet, vivide repræſentaret. Datum ſibi ait PALVM carni, non in carne, aut carni infixum, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῆς σαρκὸς, vinculo significaturus non leviori ſe teneri & impediri, ac illum, qui flagrorum iictibus lacerandus palo adſtringatur, nec mitius ſecum agi, quam cum tali homine. Vox quidem σκόλοψ (d) palum proprie notat acutum, (\*) qualis adhiberi ſollet

(\*) Hesychius certe p. 848. σκόλωτες, ὁξέα ξύλα ὁξεῖα ligna exponit acuta & recta.

### THEODORI HASÆI

(d) σκόλοψ, qua vox in N. T. eſt ἀπαξ λεγομένη, pro quovis ligno potest ſumi. Non in teſtimonium, vocabo Hesychium, apud quem legitur, σκόλοψ, ξύλον, ὁξεῖον, cum rechte animadverſum fit, ibi legendum ξύλον ὁξύ. Commode tamen id fieri potest per ſynecdochē, uti ita diēta ſāpe eſt crux, ita explicante, quem citavimus, lexicī scriptore. Σκόλωτες, σαρξ. Vbi etiam vi-des, σκόλοπα pro cruciſ ferali trabe ſumi. Inde Lucianus in dial. modo citato, Chriſtum η̄ β̄ρα vocat contumeliæ gratia, τὸν ἐν παλαιών ἀναπολοπιθέντα, & ἀναπολοπιθέντον. Eo pariter ſenſu apud Celsum, Eusebium, Chryſostomum vocem illam uſurpatam

iet in munitionibus, & cum corpus aliquujus scelerati ligno est trajiciendum; quod excrucians supplicii genus hodienum in Ægypto non infrequens. (\*) Vnde existimare forte quis possit, non convenire vocabulum ligno (e) isti, ad quod flagellandi manus alligabantur, cuius quippe, cum *columna* appelletur a Talmudicis, superficies haud dubie fuerit plana, ut corpus incumbentis gravi vul-

(\*) Vid. Thevenotii *Itinerar.* p. I. l. II. c. 79.

#### ANNOTATIONES.

patam vide apud Morum l. c. & Suicerum in Thesauro T. II. p. 974. Imo quodvis lignum erectum notat, hæc vox, docente rursus Hesychio, qui σκόλοπες non solum ὄξεα, sed & ὄφθα & ὄφθεα, vel ὄφθαι ξύλα vertit: Quidni ergo & talem, de qua agimus, columnam significaret?

(e) Tale lignum, cui mastigiæ incumbebant, apud Græcos quoque erat in usu, de quo, cum huic phrasí non exigua in lucem adsperrat, verbum addam. Dicebatur illud τύμπανον a τύπτω, unde τύπη plaga, & τύπανον fustis, quo quis vapulat, atque inferito, quod millies fit, μ. τύμπανον. Quid illud fuerit, de eo inter se dissentunt auctores.

vulnere ne läderet. Primum vero cogitandum est, in ejusmodi allusionibus accuratam semper vocabulorum rationem non haberi, sed talia nonnunquam adhiberi, quorum specialior alioquin & restrictior significatus eo est, quem res substrata videbatur postulare. Deinde τόνυ, columnam, Hæbreos lignum vocare quodvis, aliqualis crassitie, per modicam e terra altitudinem prominens; sive totum illud cylindri formam habeat, sive in conum inferne desinat. Denique

σκό-

## THEODORI HASÆI

res. Vnde fit, ut vix aliquid certi definire liceat. Mihi cum alia, tum & baculos, fustesque quibus percutiebantur verberones, præterea autem talem palum, de quo hic agitur, notare videtur. Id docet Schol. Aristoph. ad Plut. v. 476. τύπανα, ξύλα, ἐφ' ᾧς ἐτύπανθον, ἔχεωντο δὲ ταῦτη τῇ τύμπαιᾳ. Recte enim ita legitur ἐφ' ᾧς, ut non opus sit, cum Gataker, Kusteri aliisque corrigerem ev oīc, ex Suida, qui cum Hesychio habet parili sensu; τύμπανον, ξύλον, ev ἀ τύμπανιζον, & scholiaste Anthol. ad epigramma Lucilii, L. II. p. m. 189. τύπανον, ξύλον, ev φ' ἐτύπτοντο ev τοῖς δικασηγόροις. Eo sensu

*σκολωπα* lignum etiam dici posse, cuius pars inferior acuta sit, qualem fuisse columnam, ad quam fontium manus vinebantur, non obscure innuunt R. SALOMO ISAACIDES & R. OBADIAS de BARTENORA, in Commentariis suis ad allatum supra Mischnæ locum, quando עמוד אחר נער עץ lignum expoununt *terræ infixum*, ubi vox עץ attentionem meretur, utpote quæ de rebus ab imo acutis usurpari maxime solet. Vide paraphrasin Chaldaicam Jud. IV, 21.  
1.Sam.

## ANNOTATIONES.

sensu quoque videtur intellexisse Pollux, qui inter suppliciorum instrumenta adducit non τύμπανα, sed τύμπανον. Atque id jam suboluit Henr. Stephano, Græcæ litteraturæ Thesauro, qui, cum in thesauro suo baculos τύμπανα explicasset, addit. *Nisi forte τύμπανα ov significet palum, ad quem alligati sustibus contundebantur, & concidebantur san-tes.* Magis ἀρχῶς dixisset, palum, super quo verberandi proni extendebantur. Ita enim explicandum clare constat ex iis, quæ in 2. Maccab. libri capite sexto leguntur. Ibi Eleasaris crudele supplicium, quod respice-re videtur Paulus Ebr. XI, 35. describitur.

non

I. Sam. XXVI, 7. Unde וְנַחֲתָה foramen est supra latum, infra angustum. Itaque עַל־בָּקָר בְּקָרָב, lignum erit inferne acuminatum, in terram defixum, quale lignum palum s. vallum appellare solent Latini,

σκό-

## THEODORI HASÆI

non autem (1) fit mentio τυμπάνων, bacillorum, sed τυμπάνων in singulari v. 19. & 28. Id (2) indicant phrasēs, quando de illo dicitur I. c. αὐθαίρετως ΕΠΙ τὸ τύμπανον προσῆγεν, & ἐνθέως ΕΠΙ τὸ τύμπανον ἤλθε. Vt (3) & v. 20. προπτύσας δὲ, cum incubuissest, pronus scilicet, ad plagas fuscipendas, quarum(4) quoque v. 30. mentio fit. Jac. Tirinus in h. l. ita describit tympanum: Erat tormenti genus, quo cruci vel PALO adstricti rei, instar tympani distendebantur, ac tum vel BACVLIS CONTVNDEBANTVR, VEL FLAGELLIS DISCINDEBANTVR, vel vivi excoriabantur. Ex hac autem observatione putem illustrari debere verbum τυμπανίζειν (α) quod legitur c. l. Ebr. XI, 35.

quod

(α) Vide de hac voce, præter Interpretes ad Hebr. XI, 35. Hier. Magnum de eculeo, c. 8 & 9. & ejus commentatorem, God. Jungermannum p. 273-294. H. Grotium ad 2. Maccab. VI. Et Spanhem. ad Arist. Plut. v. 476. &c., qui latissime de illa agit, Gatakerum in ad vers. post, c. 46. atque ex eo Suicerum in Thesauro.

*σκόλοπα* Græci. Ceterum palum istum tantæ altitudinis fuisse observat laudatus R. OBADIAS de BARTENORA, ut commode illi inniti posset homo. R. JOMTOVH in תְּרוּסָבָת f. additionibus suis, ex sen-

## ANNOTATIONES.

quod cum ab interpretibus dirum in modum ἐτυμανίδη, mihi videtur saepe significare, *palo alligatum incurvatumque flagellari*. Hesychius τυμπά ιεραι, explicat recte πλήσσεται, ἐπέζεται, ιχνεύεται τυθτεται. Apostolum autem tali quoque affixum fuisse τυμπάνω, haud obscure colliges ex Act. XXII, 25. ubi illud πεσέτειναν αὐτὸν τοῖς ἵμασι, ita explicat L. de Dieu, qui conferri in hunc locum meretur, præpositio περ indicat, eum sic fuisse tensum, ut superioris corporis parte pronus columnæ incumberet. Tale autem τυμπάνω fuisse palum, dicique potuisse σκόλοπα, colliges ex citato simili epigr. in Anthol. Αξιοί εἰσι, τυχεῖν πάντες ἔνος τυπάς, ubi stipe intelligi, ad quem alligabantur bestiarii, tota epigrammaticis series docet. Sic conjunguntur οἱ ἐν τυμπάς, & οἱ αἰεσκολοπισμενοι apud Lucianum in Cataplo T. I. p. m. 427. Equuleum quoque a τυμπάνῳ plurimi existimant non alium fuisse. Eum au-

sententia R. JVDA bar NACHMAN, ad duos circiter cubitos, vel cubitum faltem unum cum dimidio assurrexisse tradit, ad quem alligatus qui fuerit, possum על ברוח רלה ותלה יווו למטה qui juncto corpore portæ alicujus repagulo, s. vecti transverso, manus ex aversa repaguli parte terram versus demittat.

## §. V.

Porro dum *carni* suæ palum datum affirmat Paulus, idem hoc est, ac si *corpori* dixisset datum. Caro quippe corpus Hebreis denotat frequentissime. Ita v. c. Davides (\*) lætus exclamat: אָר בְשֹׁרִי, יַשְׁכֵן לְבָטָח, quod græcus interpres translutit: ἡ σάρξ με πατασηνώσει ἐπ' ἐλπίδι, Utique *caro mea* (corpus meum) habitabit in fiducia. Verbum autem ἑόθη non infixum indicat, sed *datum junctum esse* palum corpori, ut premat corpus palum & ab hoc prematur: Ut fit, cum stipiti

cui-

(\*) Ps. XVI, 9.

## THEODORI HASÆI

autem stipitem acutum, i. e. σκέλον, fuisse omnes agnoscunt.

euidam pronus quis incumbit, quod facere oportebat flagellandos. Itaque palo se quasi *alligatum* profitetur Paulus, quod, quamvis durum, valde tamen facilitare sibi sit, cum *superbiam reprimat*, (f) ac efficiat, ut *כְפָר וּמִוּתָה*, *incurvatus* veluti sit & *inclinatus*, instar ejus, quem vincula, quibus manus brevi palo adstringuntur sint, *caput erigere*, aut recto corpore confistere non finant.

## §. VI.

Jam ad voces, ἄγγελος σαταν, quod attinet, non videntur illæ mihi κατὰ πρόσθετον ἐξηγητικὸν, ut Grammatici loquuntur, additæ, ut idem prorsus ac συόλοψ τῇ σαρῃ significant, sed omissam hic fuisse putem conjunctionem καὶ: quam ellipsis scriptoribus Græcis usitatissimam esse, a Bofio atque Noldio exemplis demonstratum est plurimis. Quod si igitur orationem h. m. suppleas: ἐδόθη μοι συόλοψ τῇ σαρῃ, ΚΑΙ ἄγγελος σαταν, facile apparebit,

I ver-

## ANNOTATIONES.

(f) Sane qui consideraverit, quam infame, atrox, crudele, atque omnium ατιμάτατον, quan-

verbis hisce: καὶ ἄγγελος σατᾶν rem indicari ab illa, quam per σπόλωπα significaverat apostolus, diversam. Ut autem intelligi possit, ad quid phrasī ista Paulus respexerit, observandum primum erit, *angeli* vocem non genium semper designare bonum malumve, sed ab ipsis etiam scriptoribus sacrīs pro homine, nuncii, legati aut ministri vicem obeunte, sæpenumero usurpari. Sic JOHANNI baptistæ, appropinquantis regni Christi præconi, hujusque præcursori *angeli* nomen tribuitur; (\*) JOHANNIS DISCIPVLIS, quos ad Christum ille ablegaverat; (\*\*) ecclesiarum Asiaticarum EPISCOPIS, (\*\*\*) quorum quidem appellatio, ἄγγελος τῆς ἐκκλησίας, originem traxit ex Hebr. טבורה, צבורה.

(\*) Marc. I, 2.

(\*\*) Luc. VII, 24.

(\*\*\*) Apoc. I, 20, II, 1, 8.

## THEODORI HASÆI

quantisque cum doloribus, & saepius ipsa morte, coniunctum supplicium flagellatio vel fustigatio fuerit, facile capiet, qua vis verborum Paulinorum sit, quando addit, ἵνα μὴ ὑπεραιωνικη, & quomodo talis poena su-

צבר, quomodo eum vocare Judæi sueverant, quo, tanquam legato aliquo & sacrorum administro, synagoga illorum sive ecclesia utebatur, maxime ut inter precandum toti cœtui voce sua ille præiret. (\*) Similiter in his Pauli verbis respectus latet non tam ad spiritum, quam ad hominem aliquem. Ecquis autem ille? Non aliis, nostro quidem iudicio, quam is, cuius ex allato supra Mischnæ loco has fuisse partes intelleximus, ut flagris fontem cæderet; puta חוץ הכנסתה, minister synagogæ, quem alio nomine צבורי ש, ἀγγελον τῆς ἐκκλησίας, legatum ecclesiæ dictum fuisse philologorum haud postremi agnoscant. Unde prona nascitur opinio, voce ἀγγέλος ad hunc alludi. (g) Mayult quidem R. OBAD.

(\*) V. Campeg. Vitringa *anacrisin apocalypsi*. p. 25, &c.  
*Synagogam veterem*, P. II. I. III. c. 2. &c. 3.

## ANNOTATIONES.

superbiam, ex revelationis illius excellentia & magnitudine excitatam, subigere ac contundere potuerit.

(g) Certe per illum Angelum Satanæ jam suo tempore intellexit, inter alios, flagratores

שלוח בֵּית דָּין, חזקה כנשׁת  
DE BARTENORA legatum vel ministrum *judicu*m interpretari, res tamen eodem recidit, cum æque commode hic, atque שׂוֹרֶת צְבּוֹר græce appellari possit.

## §. VII.

Porro nomine *Satanæ*, a cuius angelō male se haberi apostolus conqueritur, hostes notantur atque adversarii. Negatum quidem ire nolumus, quin affirmamus potius, passim in sacris litteris vocabulo hoc malignum, inimicum & nocī-

## THEODORI HASÆI

tores Pauli Chrysoftomus. Ita enim in Hom. XXVI. ad 2. Cor. XII. p. 735. edit. Frf. a. 1697. (Meretur sane locus admōdum memorabilis, cuius partem tantum aliquam Cel. HASÆVS exscriperat, quem integrum apponamus.) Τινὲς μὲν δὲ κεφαλαλύσιαν τινὰ ἔφασαν αὐτὸν λέγειν, ὑπὸ τῆς Διαβόλου γενομένην· ἀλλὰ μὴ γένοιτο. Ως γαρ ἀν τὸ σῶμα τῆς Πάυλως ταῖς τῆς Διαβόλου χεστὶν ἐξεδόθη, ὅπερ γε αὐτὸς ὁ Διάβολος ἐπιτάγματι μόνον εἶκεν αὐτῷ τῷ Πάυλῳ, καὶ νόμιμος ἀνὴρ καὶ ὄρες ἐπίθει, ὅπε τὸν ποριένοντα παρέδωκεν εἰς ὅλεθρον τῆς σαρκός· καὶ ὑπερβῆναι τέττας

82

nocivum humano generi significari spiritum; id tamen simul extra dubitatem censemus positum, saepius illud pro homine sumi adversante & hostiliter se gerente. Ita Salomoni Ἰω̄ Satanam, adversarium, Hadadum Edomaeum Deus excitasse dicitur. (\*) Et alibi (\*\*) Philistaeorum principes Davidem in belli societatem adsciscere noluisse leguntur

I 3 tur

(\*) 1. Reg. XI. 14.

(\*\*) 1. Sam. XXIX. 4.

#### ANNOTATIONES.

αὶ ἐτόλμησεν ἐκεῖνος. Τί δν ἐσι τὸ λεγόμενον; Σατᾶν ὁ ἀντιμέμενος λέγεται τῇ τῶν Εβραιῶν Φωνῇ. καὶ ἐν τῇ τοίτῃ τῶν Βατιλεῶν, τοῖς αὐτιμεμένοις ὅτας ἐπάλεσεν ἡ γραφή. καὶ περὶ τῷ Σολομῶντος, διηγουμένη Φησίν. Όνκ ἦν Σατᾶν ἐν ταῖς ἡμέραις αυτών. τετέσιν ἀντιμέμενος, πολεμῶν, ἡ ἐνοχλῶν. ὁ τοίνυν λέγει τοῦτο ἐσιν. Όνκ εἴσατεν ὁ Θεὸς προκωρῆσαι τὸ κίρυγμα, τὸ Φρόνημα κατασέλλων ημῶν. ἀλλὰ συνεχώρεσε τοῖς ἀντιμεμένοις ἐπιτιθεσθαι ημῖν. Τοῦτο μὲν γὰρ ικανὸν ἢν καταστᾶσαι τὸ Φρόνημα. ἐκεῖνο δὲ βάλτε τὸ τῆς κεφαλαλγίας. ἈΓΓΕΛΟΝ τοίνυν ΣΑΤᾶΝ λέγει ἀλέξανδρον, τὸν χαλκέα, τοῖς περὶ τύμενοιον, καὶ φιλητὸν, πάντας

tur, veriti quippe ne Ἰω, adversarius, ille ipsorum evaderet in media pugna. A novi testamenti scriptoribus vox ista eodem, quem indicavimus, sensu postea fuit adhibita. Exempli loco verba sunt Christi, quibus a se desistere jubet Petrum, opinionibus Judaicis nimiope fascinatum: ὑπαγε ὅπιστω με Σαλαῖ, *apage post me Satana* (\*) Ecquid igitur pro-

(\*) Matth. XVI, 23.

### THEODORI HASÆI

τας τὰς ἀντικειμένυς τῷ λόγῳ, τὰς Φιλονεπιθυ-  
τας αὐτῷ καὶ πολεμάντας, τὰς ἐμβαλλοντας  
εἰς δεσμωτήριον, τὰς ΔΕΡΟΝΤΑΣ, τὰς ἀπάγοντας.  
ἐπειδὴ τὰ τὰ Σατανᾶ ἐπράττοντας ὥσπερ ὃν οἱ  
Διαβόλοι καλεῖ τὰς ἰδαῖς τὰ ἐκείνης ἔχοντας,  
ὅταν καὶ ἄγγελον Σατανᾶ ἀπαντά τὸν ἀντιπί-  
τοντα. Τέτο οὖν Φησὶν ἐδόθη μοι σκόλοψ, ἵνα  
μὲ κολαφίῃ. ὡς τῇ Θεῇ τὰς τοιάτις ὅπλι-  
ζοντος (μὴ γένοιτο) ὃ κολάζοντος ὡδὲ τιμωρεύ-  
ται, ἀλλὰ συγχωρεύντος καὶ ἀφίεντος τέως. Τπέρ  
τάτη τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεστα. τατέσι, πολ-  
λάκις. Nonnulli dolorem quendam capitum, quem  
diabolus ipfi conflavisset, eum intelligere cen-  
suerunt. Neque enim Pauli corpus diaboli ma-  
nibus ac potestati addictum fuit: quippe cum  
diabolus ipse vel Pauli duntaxat jussis atque im-  
periis

prohibet, quo minus hic quoque per *Satanam* homines intelligi existimemus in-  
fenso atque inimico in Paulum animo,  
conatis ejus, quibus nihil esse poterat  
humano generi salutarius, obviam eun-  
tes, eundemque omnibus modis excru-  
ciantes; quales sane, ut deinceps osten-  
demus, Judæi superstitionis suæ tena-  
ces erga optimum legatum Christi sese  
præstiterunt. Quodsi tamen de ipso ca-

I 4 codæ-

## ANNOTATIONES.

periis cederet, eique Paulus & leger & certos  
terminos præscriberet, cum fornicatorem il-  
lum in carnis interitum ipsi traderet, (1. Cor.  
V, 5.) nec eos ille transfire ausus fuerit. Quid  
igitur his verbis sibi vult? Satan Hebræorum  
lingua adversarium sonat. Ac scriptura tertio  
regum libro adversarios hoc nomine appellavit.  
Nam de Salomone verba faciens, ait, non erat  
Satan in diebus ipsius (1. Reg. V, 4.) h.e. ad-  
versarius, qui bellum ipsi inferret, aut molesti-  
am exhiberet. Quod ergo ait, hanc habet sen-  
tentiam: Deus prædicationem lare ac feliciter  
progredi non permisit, quo animos nostros demit-  
teret, verum adversarios in nos impetum facere  
passus est. Hoc enim ad deprimendum fastum  
vix habebat, non item ad illum capitum dolorem

pro-

codæmone interpretari forte quis malit, ei quidem litem non movebimus, cum vel sic sensus exsurgat satis commodus. *Angelus* nempe *Satanæ* homines tunc erunt, quibus, tanquam instrumentis suis, usus *Satanas* ad Paulum infestandum. Quomodo apocalypses scriptor *Judaorum* turbam *synagogam* appellat *Satanæ*, (\*) quod ipsum *Satanam* impulforem illi haberent suum, ejusdemque nutibus obtemperantes, Christiano nomini addictos horrendum in modum divexarent.

## §. VIII.

(\*) Cap. II, 9. III, 9.

## THEODORI HASÆI

*propulsandum. Quocirca per ANGELVM SATANÆ, Alexandrum ærarium, Hymenæum, Philetum, ac denique omnes, qui fidei doctrinæ adversabantur, atque cum ipso contendebant, ac bellum gerebant, eumque in vincula conjiciebant, CÆDEBANT atque raptabant, intelligit: quod videlicet ea, quæ *Satanæ* erant, perpetrarent. Quemadmodum enim *Judaos* diaboli filios vocat, quod illius opera imitarentur: sic etiam *Satana* angelum omnes eos nuncupat, qui fidei doctrinæ obstinent. Hoc itaque ait, datus est mihi*

## §. VIII.

Illud tandem, quod a Satanæ angelo perferendum sibi esse queritur, ἵνα με κολαφίσῃ, ad flagellationem ipsam spectat. Quamvis enim ad eam poenam exprimendam verbum potius μαστυγώ, quam κολαφίζω, adhibendum fuisse videatur, tenendum tamen est, κολαφίζειν (h), non colaphos tantum esse *infringere*, sed & generatim *verberare, cädere, plagas infligere*, quomodo cunque istud fiat: id quod ex aliis etiam novi fœderis locis abunde liquet. Vtī vicissim μαστυγώ significatu generaliori occurrit *Hebr. XII, 6*. Videtur autem de industria tali hic verbo usus

I 5 apo-

HOMI  
ANNOTATIONES.

mihi stimulus qui me colaphizet. Non quod Deus hujusmodi homines armaret, (absit enim hoc) sed quod eos minime coerceret, ac suppliciis afficeret, verum ad quoddam tempus eos graffari permetteret. Propter quod ter dominum rogavi. Hoc est sapenumero.

(h) Vox hæc, quæ neque in versione Alexandrina legitur, neque apud Atticos scriptores occurrit, ut plurimum quidem notat κονδυλίζειν, i. e. pugnis contundere, ut & vertit B. Lutherus in hoc loco, commode ta-

apostolus, quod *colaphos incutere* ut plurimum significat, ut afflictiones se experiri indicaret cum ὑθεσιν ignominiis & indignitatibus variis, quarum v. 10. meminit, conjunctas. Quippe colaphos pati, servile habebatur & probrosum.

### §. IX.

Patet igitur, opinor, respexisse Paulum verbis istis ad universum flagrorum supplicium. Illud nunc supereft, ut, quæ potissimum mala sermone isto figurato effi-

### THEODORI HASÆI

tamen pro quo vis verberum genere sumitur, idque vi originis suæ, nativæque significationis. Est enim *ανολάπτειν*, quod notat tundere; venit hæc vox ab Hebraico *כָּלְפֹת*, malleus, quo tunditur, quod convenit cum Latinorum claya & Germanorum Kolb; i. e. fustis. Quis autem non videt, in pœna flagellationis aut fustigationis contusioni esse locum. Latini sane sæpiissime adhibent vocem tundere, quando de verberibus loquuntur, & Germani Belgæque Klopfen, & Kloppen, quod ipsissimum est. Præterea *κολαπτω* notat incidere, exsculpere, excavare, unde

*κολα-*

effigiare idem voluerit, exponamus. Atque hæc quidem unico ἀθενέας, infirmatis, nomine comprehendit v. 5. & 9. quod ipse statim explicat v. 10. per ὅβεις, ἀνάγνας, διωρυμάς, σενοχωρίας, ignominias, necessitates, persecutiones, angustias. Ostenderat nempe antea, pseudapostolorum dignitatibus atque meritis sua non modo nulla in re cedere, sed & multum antecellere. Agnoscit etiam humanæ naturæ imbecillitatem, quæ efferri facile possit ex istis prærogativis, nisi intervenirent

## ANNOTATIONES.

κόλαπτη, est instrumentum, quo lapicidae in incidendis saxis utuntur. Quam apprime autem in describenda flagellationis pœna adhiberi ea vox possit, vel ex confederatione illius figuræ quæ in J. Braunii comment ad Ebr. p. 806. cernitur, aut illorum verborum constabit. quibus utitur ecclesia Smyrnensis, in epistola, quæ apud Eusebium, Hist. Eccl. L. IV. c. 14. extat, scil. fuisse, qui viderent μάστιξ μέχει καὶ Ἰων ἐνδοτάνω Θλέβων καὶ αρτηρίων καταξιωμένης, ὡς ἦδη καὶ τὰ ἐν μύχοις ἀπόρρητα τὰ σωματος σπλάγχνατε αὐτῶν, καὶ μέλη κατοπτευεθαται, flagris ad intimas usque venas & arterias dilata-

cera-

nirent sapienti Dei consilio, quibus retineretur. *Datum vero ideo sibi ait palum carni*, esse plurima, quæ prohibeant, quo minus cristas erigat, aut de meritis suis & privilegiis superbiat.

## §. X.

Nihil magis quidem cupiebat apostolus integerrimus, quam ut res evangelica majora indies caperet incrementa, &, si fieri posset, totum terrarum orbem impleret. Nullum non ideo subibat laborem,

## THEODORI HASÆI

*ceratos*, sic ut jam viscera, aliaque occultiora membra intimi corporis recessibus abdita omnium oculis subjicerentur. Præterea aliquando significat verberare aliquem bacillis. Ita Hesychius *ραπίζειν*, vel *ραπίσαι* explicat, quam vocem cum oriatur a *ραπτίς*, quam *ράβδον* explicat idem Hesychius, proprie significare baculis aliquem verberare, sive fustigare, aut ut rursus Hesychius habet, *ράβδω πληγέα* nemo ignorat. Et hoc sensu Paulus quoque dici potest *κολαφίζεσθαι*. Apud Judæos enim, verba sunt magni civis mei in notis ad Maccoth, c. III. p. 123. est præter flagellationem insuper aliud supplicium plagarum, quod

rem, nullas subterfugiebat molestias, nulla pericula, ut quod optabat perficeret. Re ipsa autem experiebatur, optatis eventum non semper respondere, ob infinita, quæ homines pessimi injicerent, *impedimenta*. Judæorum namque pluri, religionis vel superstitionis potius defensores rigidi, ubivis fere locorum *obicem* doctrinæ evangelicæ ponere summo studio allaborabant, Pauloque, propagatori atque propugnatori ejus strenuo, omnibus viribus obniti pulcrum ex-

---

ANNOTATIONES.

---

quod extra fines terræ Canaan, ob contumaciam & violationem præceptorum, atque etiam ob violationem interdictorum, quæ a scribis posta sunt (horum autem vitiorum a Judæis insimulatus est Paulus) irrogabatur. Hæc proprie fustigatio est. Baculo enim verbera infligebantur. Certus plagarum numerus in hoc genere nusquam comparet. Nam is gravitati criminis attemperatus erat. Atque ex arbitrio judicum id totum pendebat, poteratque ad necem quoque sontis procedi. Et quidni, ut hic, ita & in loco i. Cor. IV, ii. hoc suppliciigenitus innuerit apostolus, ubi conjungit, *γυνητένομεν & κολαφιζόμεθα*, quia flagellandi nu-

existimabant. Qua ex re fiebat, ut *ligatas* ille quasi haberet *manus*, nec posset evangelium ex voto & tanto, quanto quidem volebat, cum successu late sparge-re; ut *deprimeretur* & a fastu præmuni-retur, similisque esset ei, qui *manus ad humiliem palum devinctas* habens, libere illis uti, aut corpus, quod vinculorum vi deorsum trahitur, erigere nequit.

## §. XI.

Neque vero satis hoc erat, ut succes-sus rei christianæ impediretur, eo quo-que

## THEODORI HASÆI

nudabantur vestibus suis, quod & Judæis soleerne erat, ut ex citatis Maccoth & Vrielis Acosta verbis apparet, & Paulo quoquo con-tigit. Act. XV, 22. Certe per synecdochen οὐλαφίσιν pro varii generis pœnis atque afflictionibus dolorofis ac probrosis dici potuit, ut Suidas explicat, ἐνολαφίσαν, ἐβα-σάνισαν. Et sic sumitur commode, 1. Pet. II, 20. ubi servi dicuntur οὐλαφίσθαι, qui non solum colaphis, sed & flagellis aliis-que injuriis afficiebantur. Ut patet ex loco Seneca, qui circa finem est libelli de morte Claudi, ubi hæc conjuguntur. Apparuit  
sub-

que furoris procedebant Judæi, ut Paulum ipsum *indignissime tractarent*. Si qua penes ipsos erat potestas, ea ad illum *miserè affigendum & excrucianum* abutebantur ; quod si vero ipsi manus in apostolum injicere non auderent, veriti ne gentes, quas inter habitabant, quarumque imperio suberant, moleste id ferrent injuriamque ulciscerentur, omni arte id agebant, ut harum odium ipsi conciliarent. Nec contenti erant iis in urbibus, quas ipsi incolerent, virum optimum insectari , omnisque generis cala-

---

ANNOTATIONES.

*Subito Cæsar, & petere illum in servitutem coegit,*  
*producit testes, qui illum viderant ab illo FLA-*  
*GRIS, ferulis, COLAPHIS vapulantem.*  
Vides colaphos jungi flagris. Notabilis in hanc rem locus est Cypriani, Invectiva in Demetrianum, qui nobis mores illos, quibus etiamnum in Africa illorum locorum, in quibus tum temporis Carthaginensis episcopus vivebat, incolae erga servos suos utuntur, accurate repräsentat. *Nisi arbi-*  
*trio tuo tibi serviatur, imperiosus & nimius*  
*servitutis exactor flagellis verberas, fame, siti,*  
*nuditate, frequenter ferro & carcere affligis &*

crn-

calamitatibus affligere; ad loca etiam alia, ubi versari illum intellexerant, allegabant ex suis, qui turbam in illum concitarent & in ejus perniciem omnia converterent. Cujus instituti pessimi exempla acta dant apostolorum. Cum Lystris esset Paulus & doctrinam Christi ibi profiteretur, mox aderant ex Antiochia & Iconio Judæi, qui, cum finibus suis antea eum ejecissent, commota nunc plebe faciebant, ut lapidibns ille obrueretur. (\*) Quorum exempla imi-

(\*) Act. XIV, 19.

### THEODORI HASÆI

*crucias*, cet. Ob illas rationes commode, ut alias quascunque molestias, ita & flagellationem includit aurei oris Docttor, Hom. CXXII, ad hunc locum. Τὸ κολαφίσει ἡνὲς ἐπὶ τοῦ φαλῆρος ἔλαβον μάνον· Κολαφίσμός δὲ λέγεται κάκωσις, ταπείνωσις. Εὐολαφίσεν αὐλὸν ἐχθρὸς ἀντεῖ, ἐταπείνωσεν. Colaphizare quidam tantum de capitis verberibus explicant. Colaphismus autem est unquamque afflictio Ο injuryia. Colaphizavit eum hostis ejus, i. e. afflxit. Et paulo post illud κολαφίσμεθα in loco I. Cor. IV, II. ita interpretatur, αἰδηψθα, κακεχόμεθα, ΜΑΣΤΙΧΟΤΜΕΘΑ, δεινὰ πα-

tantes Judæi Thessalonicenses in Macedonia, non in ista modo urbe invidiam Paulo obtrectationibus suis apud incolas faciebant, sed & , cum apud Berrhoenses insigni cum fructu evangelium ipsum prædicare accepissent, statim mittebant istuc, qui populum contra eum irritarent. (\*) Cujus sceleris memoria facile recurrebat Paulo , cum in Macedonia nunc degeret, unde hanc ad Corinthios misit epistolam. Tales igitur erant *Satanæ angeli* , infensissimorum hostium ,

K Ju-

(\*) Act. XVII, 5, 13.

#### ANNOTATIONES.

*πάχομεν* Pariter Theophylactus in loco I. Cor. IV, II. generaliter hanc vocem explicat de verberibus , *κολαφίζομεθα* , *τρατέσι* , *τυπτόμεθα* . Ex quibus omnibus patet, exhibitam illam *κολαφισμοῦ* de flagellatione interpretationem apte retineri posse. Neque obstant verba v. 8. quibus illud supplicium ter deprecatus fuisse legitur, cum ad talia pro gloria Christi perpetienda alias paratissimus esset apostolus. Distinguendus enim probe est *ἄνθεωπος* in se spectatus, & *ἄνθεωπος ἐν Χριστῷ* , qua phraſi Christianum v. 2. designaverat. Id enim sæpe fit,

Judæorum, ablegati & emissarii, aut, si mavis, Judæi generatim omnes, evangelio repugnantes, mali spiritus instrumenta, qui Paulo non *minorem dolorem creabant*, quam si *plagis* eum perpetuo afficerent *acerbissimis*. Nuperum erat, quod Ephesi, unde in Macedoniam venerat, ab Alexandro Judæo, quo homine, tanquam propugnatore & antepilano suo, contra Paulum utebatur synagoga Ephesina, passus fuerat apostolus (\*). Durissima judicabatur flagrorum pœna, adeo ut in reis infirmioribus mortis etiam crederetur effectrix, experientia non refragante. Æque duras & acerbias illas esse

(\*) Vid. 2. Tim. IV, 14, 15.

### THEODORI HASÆI

fit, ut quis quid faciat sub diversa relatione  
 $\tau\acute{e}n\alpha\omega\alpha\pi\acute{o}\nu\tau\acute{e}r\gamma\epsilon\pi\acute{\eta}$  θυμῷ, volens, nolente tamen animo. Cum enim ita comparatum sit, idque a natura omnibus animantibus inditum, ut profutura fibi optet, doloresque & cruciatus abhorreat, fieri potuit, ut apostolus fustigationem, tanta cum ignorantia, tantoque cum cruciatu copulatum pœnæ genus, a se remotum cuperet, quod ta-

esse afflictiones innuit Paulus, quibus vel Judæi ipſi, vel horum instinctu impulsuque alii quovis tempore ipsum cumularent. Quod tamen ipsum, licet durum videatur, valde salutare ſibi eſſe fatetur, cum impeditat, quo minus idem ſibi accidat, quod uſu venire ſolet multis, qui in exoptata rerum prosperitate ſunt constituti, ut ſpiritus ſumant & efferantur animo. Se quidem tantorum cruciatuum & malorum pertæſum ter, h.e. ſæpius, oraffe dominum, ait, *ut amovere- tur palus & abſcederet Satanae angelus*, ut deſinerent tandem Judæi veritati obſtere, & hoſtiliter fecum agere; reſponſum vero tuliffe hoc: *Sufficit tibi gratia K 2 mea,*

## ANNOTATIONES.

tamen ut fidelis Domini ſui ſervus pro eius cauſa ac gloria haud invitus erat ſubiturus. Similem in modum, ac Magiſter eius illud divinæ iræ poculum a ſe transire, *εἰ δινατὸν*, ut homo precabatur, quod tamen a ſe neque tranſire poſſe, neque tranſitum ratione decreti divini & pacis confilii, noverat, & cui exhaustiendo ſemet ipsum, ut Sponsor humani generis ſponte ſua obtulerat.

*mea*, quam cumulatam expertus es; *virtus enim mea infirmitate*, afflictionibus, perficitur, his non obstantibus, cœpta tua virtute divina, quantum tibi proderit, secundari & prosperari senties.

## §. XII.

Poterit igitur sensus orationis istius Pauli figuratae hunc in modum commode efferi: Me forsan fastus aliquis ex meritis atque prærogativis meis invaderet, si, nemine impedimenti aliquid interponente, ex voto meo semper res succederent, nec diræ obstarent calamitates & vexationes, quibus me prenunt „Judæi, hostes veritatis jurati, quorum „in extirpando christianismo studium est indefessum. Tantæ autem adversitates, cum quibus luctandum mihi est, facile efficiunt, ut spiritus, qui subnasci mihi possent, omnes reprimantur.



OBSER-

OBSERVATIO VI.  
DE  
PORTA TEMPLI ὙΠΑΙΑ,  
S. AMOENA,  
ad  
Act. III, 2.

§. I.

**D**E porta templi Hierosolymitani *ὑπαία*,  
ad quam virum inde a nativitate  
claudum, stipis petendæ causa ibi  
decubentem, pedum integritate a Petro  
& Johanne, templum ingressuris, dona-  
tum fuisse refert divus LVCAS (a), va-  
riæ extant virorum doctorum sententiæ,  
quas singulas nunc enumerare nec vacat, nec  
expedit. Præcipuae in illis, & quæ maxima  
veri specie sagacioribus fere commendarunt,  
duæ sunt: una (b), qua porta ista ad pla-

K 3 gam

(a) Act. III, 1. sqq.

(b) Hanc duo summi philologi Constant. l' Empereur &  
Jo. Lightfootus proposuerunt. Ille in *notis ad Mid-  
doth* [c. II. §. 3. not. 7.] hic in *descript. templi Hieros.*  
T. Opp. I. p. 593. & in *Comment. in acta apost.* T. Opp.  
II. p. 769. quanquam alibi idem hæsitat, annon forte  
alterutra ex duabus portis Chuldah, quæ in latere atrii  
gen-

gam atrii seminarum orientalem refertur. Hoc nempe ab ortu ingressuris transeundum erat per portam quandam ex are conflatam Corinthio, quæ, testante JOSEPHO (c), portas templi alias, argento auroque obductas, pretio atque *magnificentia* multum superabat. Huic igitur *aegias speciosæ* appellationem optimo jure posse tribui existimatum fuit. Sententia altera (d) τὴν Θύραν ἀεγιαν in muri templi extremi, atrium gentium ambientis, parte orientali ponit, adeoque eandem facit, quæ *porta Susan* Judæis vulgo fuit appellata. Atque hanc quidem opinionem rectissime fese habere arbitror; quanquam autores ejus fautoresque nondum recte mihi videntur docuisse, cur *aegias* cognomine portam illam divinus scriptor insigniverit. Istud igitur commentatiuncula hoc propositum mihi est ostendere.

## §. II.

Potest autem tota hæc tractatio, lucis aliquid, ut opinor, insigni miraculo allatura, in partes commode tribui duas, quarum altera,

gentium australi erant, intelligi hic debet. V. Horas eius Hebr. in Acta apost. ad h. l.

(c) *De Bello Jud.* I. VI. c. 14.

(d) Quam Jo. Christ. Wagenseilius in *Sota* p. 39. professus est & declaravit,

ra, utique non aliam hic designari portam, quam eam, quæ Susan olim dicta fuit, altera, quomodo wœcitas nomen huic conveniat, demonstrandum erit.

## S. III.

Ad momentum prius quod attinet, ostendendum ante omnia est, portam de qua disquirimus, in muro templi extimo, atrium, quod vocatur, gentium cingente, sitam fuisse. Indicat autem hoc aperte Lucas, quando sic loquitur: *Cum videret (claudius) Petrum & Johannem μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἵερον, templum ingressuros, eleemosynam ab iis petiit. Et v. 8. Exsiliens (claudius jam sanatus) stetit & obambulavit, καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἵερον, intravitque cum illis in templum.* Quæ sane verba, nisi forte ego vehementer fallor, manifestum faciunt, claudum æque ac apostolos ante sanationem istam, miraculo plenam, extra portam, quae extremum templi murum faciebat pervium, fuisse versatos. Ecce enim, si hoc non esset, dicerentur apostoli μέλλοντες εἰσιέναι εἰς τὸ ἵερον, ingressuri templum, & claudus, perfecte jam sanctus, istuc cum ipsis intrasse? Et quis ad hanc locutionem aliud quid cogitare potest, quam quod pedem claudus, una cum apostolis, ex tali loco, qui ἵερον non erat, promoverit intulebitque εἰς τὸ ἵερον? Ne quis autem circa vo-

K 4 cem

vocem ἰερὸν forte hæreat, eamque de uno ex atriis interioribus accipiendam esse putet, monendum hic est, gentium atrium, templum interius universum undique ambiens, non modo a novi testamenti scriptoribus, sed a Josepho quoque, plurimis in locis vocari Τὸν ἵερον. Hic quidem, majoris perspicuitatis causa, Τὸν περιττὸν vel τὸ ἔξοδον, primum, exteriorius, addere solet (e); illi vero, sine adjuncto, significatu istoc vocabulo sæpenumerato utuntur. Ita v. c. M A T T H E U S de Christo (f) : *Ingressus est εἰς Τὸν ἵερον Τὴν Θεῖην, Οὐκ έβαλεν οὐδὲν τοις θεραπεῦσιν, Οὐκ έβαλεν οὐδὲν τοις θεραπεῦσιν.* Ubi clarum est, atrium intelligi gentium. In hoc enim solo, ex doctorum Judaicorum decreto, mercaturam licebat exercere; non item in spaciis templi interioribus. I O A N N E S evangelista (g) : *Οὐκέτι έβαλεν Τὸν ἵερον, in porticu Salomonis.* Hanc autem porticum juxta murum atrii gentium, qua sollem orientem hic respiciebat, struetam fuisse statim ostendemus. Nec affirmare dubito, quotiescumque Christus & apostoli versati, aut populum docuisse dicuntur εἰς τὸ ἵερον, toties atrium indicari gentium, locum quippe

(e) E. g. I. VI. de bello Jud. c. 14. p. 916. med. Ant. Jud. I. XX. c. 8.

(f) Cap. XXI. 12.

(g) Cap. X. 23.

pe concionibus habendis, propter amplitudinem, cum primis accommodum, nisi spatiū significari aliud ex rebus circumstantibus possit colligi. Ac merebatur utique area ista το ἰερὸν vocari, quoniam omnibus promiscue istuc intrare haudquaquam fas erat. Excludebantur enim, זבירות, נרות, וילודות, *mares feminis, feminæ sanguinis fluxu laborantes, menstruatæ & puerperæ.* Quæ cum ita fint, quid erit, quod obstet, quo minus hic etiam per τὸ ἰερὸν atrium intelligamus gentium? Sane enim tota narrationis series nihil habet, ex quo spatiū innui aliud judicari possit. Oportet igitur claudum ante portam quandam, quæ ad idem spatiū aditum aperiebat, decubuisse. Scilicet insignis hæc foret αὐτορογύια, si homines, qui ἐν τῷ ἰερῷ jam tum essent, introitum εἰς τὸ ἵερὸν molitos esse Lucas diceret.

## §. IV.

Cum vero ad illum ambitum portæ, ut Talmudici tradunt, quinque (h), vel & octo, si Josepho fidem habere malis (i), introitum

K 5 pa-

(h) Videl. porta *Sufan* ab oriente; duæ portæ *Chulda* ab austro; porta *Kiponos*, vel *Coponii*, ab occidente; porta *Teri* ab aquiloni.

(i) V. *Antiq. Jud.* I. XV. c. 14. ubi porticum occidentalem, (atrii gentium) cui Talmudici portam tantum unam tribuunt, portas habuisse quatuor tradit scriptor.

patefecerint, inquirendum restat, quam ex illis in animo Lucas habuerit. Est autem hoc inventu minime difficile, si ad illud diligenter attendamus, quod v. II. evangelista commemorat, populum nempe, ad miraculum stupefactum, *accurrisse* (statim a sanatione) ad claudum sanatum & apostolos *in porticu Salomonis* versantes. Ex quo intelligi potest, contigisse miraculum juxta portam quandam isti portici vicinam. Hujus autem porticus quis fuerit situs, discamus ex JOSEPHO, sic scribente (k) : *βλέπων δὲ ὁ δῆμος αὐγήσαντας τὰς τεχνίτας, ὑπὲρ μυρίων καὶ ὄκτακιστίλιών ὄντας, καὶ μιθοφορίας ἐνδεεῖς ἐσομένες, διὰ τὸ τὴν τρόφην ἐν τῇς πατα τὸ ιερὸν ἐργασίας πορθέσθαι, καὶ χρήματα μὲν αἰπόθετα διὰ τὸν ἐκ ρωμαίων Φόβον ἔχειν & θέλαν, προνομενος δὲ τῶν τεχνιτῶν, ἢ εἰς τάττους αἱλάντας τὰς Θησαυρὸς βιλάμενος, καὶ γὰρ, ἐι μίλια τις ὥραν τῆς ἡμέρας ἐργάσαντο, τον μιθὸν ὑπὲρ τάυλης ἐνθέως ἐλάμβανεν, ἐπειθεν τὸν βασιλέα την ἀνατολικὴν σοαν ἀναγεῖσι. Ήν δὲ ἡ σοα 78 μὲν ἐξαθεν ιερῷ, κειμένη δὲ ἐν Φαραγγὶ βαθείᾳ, τετρακοσίων πηχῶν τὰς τοιχὺς ἔχεται, ἐκ λίθων δὲ τετραγόνων κατεσκέυαστο, καὶ λευκῶν τάνι.* Τὸ μὲν μῆκος ἐπάξ λίθῳ, πήχεις ἕποσι, τὸ δὲ ὑψὸς ἔξ, ἐργον Σολομῶνος τῆς βασιλέως, περώτῳ δεμαρένῳ τὸ σύμπαν ιερὸν. Populus igitur, cum videret, esse in otio circiter

οἴτο-

(k) *Antiq. Jud.* I. XX, c. 8. *Conf.* I. XV, c. 14. &c. de *E. J.* I. VI, c. 14.

oētodecim opificum millia , solitorum hacētēius in templo ex operarum mercedib⁹ viētūm quārere, nolensque sacram pecuniam repositam habere , ne quando prāda Romanis fieret , simulque opificibus inde provisum cupiens , quod vel una hora operato statim merces repräsentaretur , suaſit regi , ut ORIENTALEM instauraret PORTICVM . Erat ea in TEMPLO posita EXTERIORI ( atrio gentium ), profundæ falli imminens , ac subnixa muro , quadringtonos alto cubitos , saxis constructo quadra- tis , valde candidis : eratque cūjusque faxi longi- tudo cubitorum viginti , sex vero altitudo : OPVS SALOMONIS regis , qui primus integrum tem- plum condidit . Juncta igitur fuit porticus Sa- lomonis muro templum exterius , sive quod idem est , atrium gentium ab ortu claudenti . Vnde consequens est , eundem murum illam portam habuisse , de qua Lucæ sermo est . Jam cum porta in eo fuerit tantum una , ea- que ſυσαν diēta , ( per quam simulac quis transierat , in ipsa statim Salomonis erat porticu ) quemadmodum Judæi veteres una- nimi consensu perhibent , liquet fane eam Θύρας ὁραῖας nomine a Luca indicari . Quod inde etiam confirmatur , quod vero admodum est simile , claudum portam , ad quam ele- mosynam a prætereuntibus peteret , elegisse talem , quæ ab hominibus omnium maxime frequentaretur . Hujusmodi autem fuisse portam Susan , illud argumento est , quod juxta

juxta eam *תְּבִנָה*, tabernæ erant, five *institorum* scena (l), in quibus vinum, sal farina, oleum, columbæ aliaque, quorum usus in sacrificiis necessarius erat, venderentur, semisicli, ab Israelitis singulis in templi usum quotannis exsolvendi, cum nummis aliis, dato collybo, permutarentur. Quem morem indigne ferens Christus, cum templum, magna hominum stipatus multitudine, ingressus esset, ac forte vel ipse, vel quibusdam saltem ex comitibus, merces suas emendas instidores isti obtulissent (id enim solebat fieri), subversis mensis institoriis, fœneratores illos loco sancto excedere flagris coegit (m). Solent autem, teste experientia, tabernæ mercatoriae iis potissimum in locis collocari, ubi maxime frequens est hominum transitus. Deinde unum quoque ex synedriis duobus minoribus, quæ Hierosolymis erant, vel supra vel juxta hanc portam conventus suos egisse, Talmudici testantur. (n) Erat autem hoc veteribus in more positum, ut iis maxime in locis, per quæ magnus quotidie hominum transibat numerus, judicia exercent. Quocirca judices in portis urbium sedentes passim memorant scriptores sacri & profani. Sic v. c. apud Ho-

(l) V. Lightfooti *descript.* *templo Hierosol.* T. I. Opp. pag. 565.

(m) Matth. XXI, 12. Joh. II, 15.

(n) In *Sanhedrin* c. XI, §. 2.

HOMERVM (o) Trojani ſenes ad portas Scæ-  
as fediffe dicuntur :

Οὐκαλέγων τε καὶ Αντήνωρ πεπνυμένω ἄμφω  
ἔιατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῆσι πύλησι,  
Ucalegon & Antenor, ambo sapientes,  
Sedebant populis ſenes ad Scaas portas.

Ceterum adepta porta nomen fuit ex urbe  
ſusā, Susan τα Σσσα Græci dicunt (p)  
veterum Persarum regia. Hujus enim ur-  
bis imago in porta illa expreſſa fuerat, ut vel  
dominationis Perſicæ ſignum Judeis eſſet,  
vel Estheræ reginæ & Mardochæi historiam in  
memoriam ipſis revocaret (q). Plura de hac  
porta, eductione vaccæ rufæ ad montem o-  
liviferum etiam clara, cognoscere qui cupit,  
eum ablegatum volumus ad Jo. LIGHTFOO-  
TI descriptionem templi Hierosolymitani (r).

## §. V.

Eam iam portam cur ὠρεῖαν Lucas dixerit,  
porro nunc investigandum nobis eſt. Aptă  
vox ὠρεῖος nata eſt ad notanda varia, pro-  
pter ſignificationem nominis ὠρα, ex quo  
originem dicit, multiplicem, HENR. STE-  
PHANO & ROB. CONSTANTINO, Lexicogra-  
phis

(o) Iliad III, 148.

(p) V. Cellarii notitiam orbis antiqui T. II, p. 797.

(q) V. Middoth, f. codicem Talmud. de mensuris tem-  
pli c. I, §. 3.

(r) Tomo Opp. I, p. 555.

phis diligentissimis, accurate recensitam. In primis tamen de eo, quod pulcrum aut amœnum est, usurpatum. οξα enim inter alia ver quoque indicat & tempus astivum, quod quoniam amœnitatem afferre locis solet, hinc factum est, ut ωρεῖος amœnum sonet. Quomodo septuaginta etiam, qui dicuntur, interpres, quorum loquendi rationem imitari solent novi fœderis scriptores, passim usi deprehenduntur, quando voces Hebraicas פָּרֵץ pulcher, שְׁפִיר elegans, (quod quidem Chaldaicum est) נָאֹר & נָעַמְשָׁן amœnus vocabulo isto expresserunt (s). οξαιοτης apud eosdem decor est, pulchritudo, amœnitas (t) ωρεῖος pulcer, amœnus sum (u): Quo sensu eadem voces apud auctores etiam alios obviae sunt: quod exemplis nunc ostendere supervacuum ducimus, cum dudum id præstiterint alii. Ut autem appareat, qua ratione porta Susan ωπαλα dici potuerit, in memoriam revocandum hic est, eam ab urbe Susan, Susis, sede quondam Persarum regia, nomen suum habuisse: qua in re non est, cur fidem derogemus Talmudicis, qui testatum hoc reliquerunt. Jam urbem illam nuncupatam sic fuisse διὰ τὴν οξαιοτητὸν τῶν πόρων, propter amœnitatem loci, in quo condita

(s) V. Gen. XXIX, 17. XXXIX, 6. Jer. XL, 16. Dan. IV, 9.  
Cant. I, 15. II, 14. VI, 4.

(t) Eſ. XLIV, 13. Psalm. XLIX, 2. LXVII, 13. XLIX, 12.

(u) Cant. VII, 1. 2. Sam. I, 26. Cant. I, 10.

dita fuerat, ex ΑΤΗΝΑΞΟ liquet. Sic enim ille (x) : Διαβίητοι δὲ ἐπὶ τευφῆ ἐγένοντο πρῶτοι πάντων αὐθεωπων Πέρσαι. ὃν καὶ οἱ βασιλεῖς ἐχέμαζον μὲν ἐν Σάσοις, ἐθεριζον δὲ ἐν Ευβατανοῖς. Κληθῆναι δὲ τὰ Σάσα Φρονί Αξεσόβλως καὶ χάρης διὰ ΤΗΝ ΩΡΑΙΟΤΗΤΑ ΤΟΥ ΤΟΠΟΥ. σάστον γαρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων Φωνῇ τὸ κένιον. Omnia hominum primi celeberrimi luxu Persæ fuerunt, quorum reges Susis hiemarunt, aestivarunt in Ecbatanis. Susa autem Aristobulus & Chares vocari tradunt οὐδὲν αμοenitatem loci: σάστον enim Greco sermone lilyum appellari. In quæ verba STEPHANVS Byzantinus quasi commentatur, cum voce Σάσα, πένηληται, inquit, ἀπὸ τῶν ιερῶν ἢ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πεφύκει ἐκείνη. σάσταν τε αὐτὸν καλεῖσθαι οἱ βαρεβάζοι. Nomen urbs habet a liliis, quæ multa in regione illa nascuntur, & Susan Barbari vocant lilyum. Auctōr Etymologici magni: Σάσα, ή πόλις ἀπὸ τῶν περιπε- Φυκότων ιερῶν. Susa urbs est, ex liliis circa il- lam nascientibus ita appellata. Scilicet quod ιερὸν Græcis est, ΙΣΙΩΝ Schuschan vel Susan dicitur Orientalibus. Nec tamen prorsus ignota vox Græcis est. Nam his quoque σάστον lilyum significat. Visitata certe fuit Phrygiam habitantibus; adjectivum σάστιον Græci etiam puriores admisere, dicentes

v.c.

(x) *Deipnosoph.* l. XII. p. 573.

v. c. στόσιον μύρον, unguentum liliaceum, teste etymologo. Erit igitur SUSAN, si interpretandum nomen sit, urbs in campo liliis abundantem, adeoque ἐν τόπῳ καιμένῃ οὐρανῷ, in loco posita amēno. Quippe lilia veteres in floribus habebant pulcherrimis, summamque delectationem afferentibus. Hinc Nicander apud

ATHENÆVM (y) de iis canit:

Ἄνθηνα, λείγια δὲ ἄλλοι ἐπιφθέγγονται αἰσθῶν,

οἱ δὲ καὶ αὐθεστίν, πολέες δέγε χάρην Αφροδίτης,

Ηέρσεγας χρόνη

Lilia, qua leiria nuncupant alii poeta,

Ambrosiam alii, multi Venieris oblectamen-  
tum,

Quoniam Drvæ color placet.

Et PLINIUS (z) *Lilium rosæ nobilitate proximum prædicat.* Unde ratio patet, quare loca liliis multis confita præ ceteris pulcra judicata fuerint, oculosque amenitate sua oblectantia. Ex his igitur concludere tandem licet, Lucam, quando portam Susan οὐρανίαν dixit nomen istud Hebraicum græce esse interpretatum, ut ita Θύρα οὐρανοῦ portæ sit, cui urbs ἐν τῆς ΩΡΑΙΟΤΗΤΟΣ, sive situs amēnitate nomen suum (Susan) fortita, nomen dedit.

§. VI.

(y) *Deipnosoph.* l. XV. p. 683.

(z) *Hist. nat.* l. XXI, c. 5.

## §. VI.

Neque id mirum cuiquam videri debet, convertisse Lucam nomen Hebraicum, portæ isti proprium, in appellativum Græcum. Est enim ifta ratio novi testamenti scriptoribus minime insolita. Ad cujus asserti veritatem demonstrandam licet haud exigua suppetat exemplorum copia, videbimur tamen forte satis rei fecisse, si ejus confirmandi cauſa tria in medium protulerimus ; Primum nobis ipsum suppeditat sanctissimum CHRISTI nomen, *unctum* proprie significans. Hoc nemo est qui dubitet, adhibitum fuisse a scriptoribus sacris ad exprimentem Hebraicum Chaldaicumque משיחא, quo Ju-dæi illum regem, a quo salutem exspectabant ineffabilem, appellare diu jam consueverant. Ac abierat quidem nomen istud longo ufu tandem in proprium, ita ut ad illud auditum, nisi forte discriminis cauſa aliquid adderetur, nemo de alio quopiam, quam de rege illo cogitaret. Semper tamen pro eo in novi instrumenti tabulis, duobus tantum locis exceptis (a), ὁ χριστός ponitur, significatu quippe suo nomini משיח respondens. Par est ratio nominis *Kephas*, (כְּפָא) Simoni apostolo, Jonæ filio, tanquam proprium à Christo impositi : (b) quod itidem

L

per

(a) Joh. I, 42. IV, 25.

(b) Joh. I, 42, Conf. I. Cor. I, 12. III, 22. IX, 5. XV, 5. Gal. U, 9.

per Graecum πέτρος ut plurimum redditur, idem quippe ac Syriacum illud significans, videlicet petram. Sic Johannes etiam evangelista, ubi piscinae Siloam (Σιλωάς, quod est ex σιλωάς, misit) mentionem injecerat, statim Græce nomen convertens, απεσταλμένον, missum, effert. Ac hujus generis plura alia sunt; v. c. A&t. IV, 36. & alibi passim. Eundem igitur morem Lucam hic quoque secutum esse existimamus.

OBSERVATIO VII.

DE

PONTIFICE καθ' ἡμέραν  
SACRIFICANTE.

ad

Hebr. VII, 27.

§. I.

**P**rærogativam Christi, ut summi pontificis, sacrificiique per eundem oblati, præ vulgari Judæorum pontifice hujusque sacrificio demonstraturus epistolæ ad Hebreos scriptor, argumentum inter alia inde petit, quod Christus minime necesse habuerit, quemadmodum Judæorum pontifices, καθ' ἡμέραν primum pro suis, deinde pro populi peccatis expiandis sacrificium offerre, cum semel hoc præstiterit, oblati

*Iato semet ipso.* (a) Quibus verbis cum sacrificium pontifici Judaico tribuatur, *καθημένοις* factum, opinati interpretes nonnulli sunt, respici ad duodecim illa crustula, quæ ex farina confecta purissima, & igne tosta, dimidiā partem mane, dimidiā vero vesperi, simul cum sacrificio jugi, diebus singulis in altari holocaustum, vel a pontifice maximo ipso, vel ejus certe nomine, cremanda erant. (b) Persuasum nempe illis fuit, *τὸν καθημένον* de diebus accipendum esse singulis, & ut alibi, ita hic quoque, idem valere, quod Lat. *quotidie*. Alii vero, cum facile inteligerent, sacrificeationem, de qua sermo scriptori sacro est, crustulorum istorum oblationi neutiquam posse accommodari (obstat enim primum, quod ipse pontifex *δυσίας αὐτού* dicitur, qui tamen illud crustulorum offerendorum officium rarisime ipse ex se quebatur, sed plerumque sacerdoti cuidam demandabat gregario: deinde nec crustula prius cremabantur, quam sacrificium pro populo, videlicet quotidianum; sed itunc de-

## L 2 isto rite munim

(a) Cap. VII, 27. Conf. e. X. v. II. ubi quidem *ἱερεὺς* ponitur pro *αρχιερεὺς*, more loquendi Judæis veteribus usitato, qui pontificem designatur maximum non modo *כָהן גָּדוֹל* dicebant, sed & simpliciter *הַכֹּהן*. Quanquam ibi nonnulli codices *αρχιερεὺς* habent.

(b) Vid. Levit. VI, 20.

mum igni tradebantur, cum hoc fere integrum combustum esset. Denique crustula illa θυσίαι appellari vix poterunt; denotantur enim hoc vocabulo sacrificia, ut plurimum, cruenta ex animantibus) καθ' ιμέραν σεπenumero, quandocunque res postulat, interpretandum duxerunt, arbitrati quippe, respexisse scriptorem ad sacrificium illud piacularare, quod offerre oportebat pontificem vel pro se ipso, cum conscius sibi esset alicujus delicti, per errorem commissi, quo populum simul ad delinquendum adduxisset, vel pro populo universo, cum hic aliquid per errorem commisisse deprehenderetur, quod fieri Deus vetuerat. (c) Verum enim vero neque de hoc sacrificio dici poterat, quod illo primum sua, deinde totius populi peccata expiaverit pontifex. Hic enim illud vel pro se, vel pro populo solo faciebat, nec conjuncta ibi erant sacrificia piacularia duo, unum pontificis, alterum populi. Alii igitur rectius auctorem epistolæ solenne illud in animo habuisse existimarent officium, quod die, expiacioni anniversariæ sacro, obeundum erat pontifici. In eo enim revera duo distincta deprehendimus sacrificia piacularia, unum ex juvenco, alterum ex hirco, quorum illud, pontificis peccatis expiandis inserviens, prius offerendum erat, quam

(c) Vid. Levit. IV, 3-13, sqq.

quam hoc, expiationi populi destinatum. (d)  
Ac recte quidem ii, qui de hac sacrificatione  
interpretati locum sunt, monerunt, ἡμέραν  
certum hic significare ac statum diem, quovis  
anno recurrentem, pervidentes scilicet, hanc  
expositionem ipsam rem substratam exigere.  
Illud tamen nemo eorum, quod equidem  
sciam, satis adhuc declaravit, cur, cum u-  
num tantum anni diem innuere scriptor vo-  
luerit, phrasι ναθ ἡμέραν usus sit, quae, sub-  
audita voce ἐνάστην, diebus aliquid factum  
esse singulis, plerumque indicat. Equidem  
fateor reprehendi illos jure meritoque mini-  
me posse, qui τεταγμένον, statum, definitum,  
subaudiendum hic esse censent (sane enim  
eadem ellipsis in phrasι simili : νατὰ ναὶ γον  
κατέβαινε Joh. V, 4. statuenda est); potest  
tamen alia etiam, eaque magis, si quid judi-  
co, commoda, locutionis istius reddi ratio.  
Dicam paucis, quid sentiam.

## §. II.

Id nempe facile impetraturum me confido,  
ut concedatur, esse hoc divinis novi testa-  
menti scriptoribus in more positum, ut phra-  
ses vel Hebraicas vel Chaldaicas, Judæis ve-  
teri-

(d) V. Levit. XVI, II-15. sqq.

teribus usitatas, imitentur vocibusque Græcis efferant: id quod Joh. LIGHTFOOTVS aliique complures exemplis ostenderunt fere innumeris. Iam nemini, antiquitatum Judaicarum notitia vel leviter imbuto, ignotum esse potest, consueuisse Judæos antiquos expiationis festum נֵוִי, h.e. *diem* appellare. Unde est, quod liber ille Talmudicus, in quo ritus ejus festi exponuntur, titulo *Joma* insignitus fuerit. Erat nempe dies bicce celeberrimus, verba sunt SHERINGHAMI (e), quo singulis rite peractis, propitius Deus malorum omnia auerruncavit, & peccantibus veniam concessit, & quo libros vita & mortis apertos fuisse tradunt Talmudici, ita, ut dies iste diem iudicij præfigurasse videatur, quo etiam libri vita & mortis aperientur, ut habetur Apoc. XX, 12. Addi etiam hoc potest, quod eodem die Mosen olim cum tabulis secundis de monte Sinai descendisse, Israelisque peccati istius horrendi, propter quod penitus illos perdere Deus decreverat, remissionem, salutem populo universo allaturam, annunciasse Judæi veteres crediderint. (f) Dignum igitur vivat iuxta annib. ad i. i. 11. utrilibet sum suis in suisque eternis inauditoribus immortales assunt, & ceteris in secessu vestrum est.

(e) In prefat. ad codicem *Joma*, latine ab ipso versum, notisque illustratum.

(f) V. Maimonidis *more nevochim* p. 470, edit. Buxtorf. & *Minhagim* fol. 41. col. 2.

sum illis fuit festum, quod diei nomine *κατ' ἔξοχην* appellaretur : ad quem morem nostri hodienum Judæi idem festum *den langen Tag* vocare solent. Istam loquendi rationem fecutum esse arbitror epistolæ ad Hebræos scriptorem, quando ἡμέραν pro festo posuit *expiationis*, ut ita suo καὶ ἡμέραν Judaicum בְּיֹמָא die, sc. expiationis, aut si mavis, יוֹמָת diebus expiationis singulis, exprefserit.

*F I N I S.*



vor

erst am Ende zu schaffen, und  
durch einen reisenden heiligen Mann geheilt.  
Von diesem Heilung ist eine Geschichte  
in Rom, die Flavien Petrus, der Mönch schreibt,  
und verarbeitet ist. Und da er, wenn er die Mönche  
unterrichtet, von dem Heilungswunder spricht, so ist  
dieses Wunder sehr berühmt geworden. Und das  
Wunder ist dieses, daß der betreffende Mönch  
die Heilung des betreffenden Menschen nicht  
wollte, sondern daß er es auf sich genommen  
hatte, und daß er es nicht gewollt hätte, so  
daß er es nicht gewollt hätte.

## ZIVR



Cd 302

**ULB Halle**  
006 369 219

3



AWC





JO. GOTHOFR. LAKEMACHERI,  
PHIOL. GR. IN ACAD. JVL. P.P.O.

# OBSERVATIONES PHILOLOGICÆ,

QVIBVS  
VARIA ANTIQVITATIS  
HEBRAICÆ ATQVE GRÆCÆ  
CAPITA,  
ET NONNVLLA S. CODICIS LOCA  
NOVA LVCE COLVSTRANTVR.



HELMSTADII,  
Impensis CHRIST. FRIED. WEYGANDI.  
MDCCXXV.

96.126.